Respondetur: admisa tali virtuali divicibilitate, et tali tumore punctorum, quod non est explicavilis major, vel minor tumor in eadem parte, nisi vi sua naturaliter quod tumescit, et penetratur quod comprimitur, quod est inpocivile. ad paritatem distinguitur: quod res materialis determinat sibi proporcionatam quantitatem, et magnitudinem, est que in loco, per formatam commensuracionem suimet entitatis, hoc est totius ad totum, et partis ad partem; at vero Angelus non habet alliam divicivilitatem quam terminativam. Unde hic determinatur per terminum cui coextenditur; illa autem per ipsam met entitatem rei corporeae.

Obiciuntur secundo: sufficit diversa dupocicio ut in rarefacione correspondeat ad majori loco, minori in condensacione: ergo &c. Probatur ant: quamvis minor linea nequeat

Correspondere secundum omnes suas partes maiori lineae
tamquam si utraque ponatur in circulis potest: ergo a si-
mile. Respondetur quod illae duae lineae non sibi Correspon-
derent ad equalitatem, sed tantum ad proporcionem; quia
haberent Correspondenciam tantum secundum illa quae sibi
per faciem secundum quam se tangerent; at vero,
Corpus in rarefactione immediate mensuratur a
suo loco secundum equalitatem taliter ut nulla pars
sit in Corpore rarefacto, quae non Correspon-
deat parti loci. Obiicitur tertio: eadem quantitas Su-
cessiva quae Coexistit maiori tempori quod est tarda,
et minori quod est velox absque addicione partis:
ergo et a simili. Respondetur paritatem non Currere, quia quan-
titas Successiva non distinguitur a substancia rei, quan-
titas vero permanens distinguitur, quia dicit ex-
tensionem localem, quae includit relacionem partis
locati ad partem loci, unde si partes loci multi-
plicantur etiam partes locati. Obiiciunt seni-
que: si Deus teneret non esset pars materiae sub
magnis dimensionibus, sed multis: ergo etc. Respondetur
ad hoc quod est pars materiae antecedenti sub
magnis dimensionibus racione materiae advenientis.

QUAESTIO QUID SIT LOCUS, ET AN DETUR VACUUM IN RERUM NATURA

Omnia Corpora quae quantitate guadet Contineri in loco extrinseco omnibus manifestum est. veteres Spacium a Corpore ocupatum locum esse dixerunt. Gasendus ait: locum esse Spacium eternum, inmovile, in Corporeum, in productum, nec Sustancia, nec accidens, Sed tamen alliquid Reale. S. Th. D. in suo distinctione II quaestione VII nomine loci absolute intelligi Superficiem primam, et inmovilem Corporis Continentis.

Vacuum itaque apud phicicos Spacium est omni Corpore destitutum, et aptum ut repleatur: ut si Deus omnem aerem in Vase acurate ocluso Comprehensum destru

erit ac impediret ingressum alterius Corporis, in tra vasis latera Vacuum haberetur. Cartesius vero 2â parte principiorum numero 16 dicit: impossibile esse omne vacuum ad huc de potencia absoluta Dei. Atomistae ex adverso admitunt unanimiter vacuum Disseminatum, hoc ê intra particulas Cujusvis Corporis. Ex illis alliquid Vacuum Coa servatum, hoc ê magnitudinis sensivilis ad mitunt.

Quis ita sit pma Dico: locus ê super
" ficies pma, et immovilis Corporis Continentis. Est Dnî Ubi suppta. Ptur ratione: nomine loci signi ficatur id, qd Continet alliquod Corpus; sed hoc ê Super ficies pma: 2â &c. quod sit immovilis patet: Si locus ipse moveretur localiter, res immota per manens posset mutare locum, et e contra; sit quae rupis in medio maris defixa mutaret locum, quia locus sicca illam tranciret; sed hoc implicat: 2ô &c. Unde autem arepetenda sit loci immovilitas, dicite quod ex ordine ad Centrum telluris, partesque fixas Universi; quia ex suppocicione Constitucionis Universi provedit.

Sit 2â Dico: nullum de facto datur
" Vacuum in rerum natura, nec quoad Coavatum, nec Disseminatum; possibile autem ê per divinam potenciam
" ê omnium per ipsalitatum Dnâ experenciores sic pta laudabor. Ptur pma pars ratione: in rerum

Vniberrite Corpora ita sunt Constituta ut sint sibi invicem Contigua, ad quod, quae cunque pro nunc sit Causa, dum aer stantibus ex phiala, aqua elevatur Contra suum naturale pondus in Cujus curvi tuli medicus Spiritu ipsum dein atque aere Caro ascendit, et in lumecit sed Contrarii nunquam ad hibuerunt alliquam Verum Speriencias inqua haec Obligacio partium Vniberrae dilungerentur: ergo &c. minor: ex solucione Sperimentorum Constavit.

Probatur Secunda pars raone: ideo juxta Atomistas datur Vacuum disseminatum, ut veri fieret divicio inter partes, seu inter atomos; sed ad hoc non requiritur ergo &c. Probatur minor: sola realis distincio atomorum sufficit ut possint separari, quia Cum hac Vna atomos potest anihilari, manente allia: ergo &c. Rursus: si divicivilitas ex Vacuo disseminato repetenda esset, aut Continuum non esset divicivile aut non haberet Colligacionem parcium; Vtrumque implicat: ergo &c. Probatur maior: quia atomi non Colligunt nisi Vnum alterum tangat; sed quando Contactus phicicus nullum Vacuum mediat: ergo &c.

Probatur iterum eadem Prima pars: ideo afirmant tale Vacuum quia illo negato non daretur motus sed haec ratio non Convincit: ergo &c. Probatur minor: ex ipso motu locali probatur non dari Vacuum disseminatum; ergo &c. Probatur antecedens: quod formica Vg movetur, et tangit proximum

rei. Corpusculum non tangit. Si primum: ergo non dabitur vacuum inter medium quod non tangit: ergo camisia illud non impellit, nec expellit a suo loco, neque quod non tangitur non expellitur, nec impellitur. Dicunt atomistae atomos uniri et se tangere physice, non tamen metaphysice; ideo que inter ipsas aliquod vacuum ut posset dividi.

Contra: quia metaphysice distinguuntur in atomistarum sententia non sunt a parte rei distincta, ergo quae metaphysice se tangunt realiter non se tangunt. Item: atomus vacuum vitans vacuitatem quare pendula manet? a vacuitate impedire non valet ut praecipitetur quia nihil nihil operatur. Denique probatur hic prima pars: nulla ratio, nullum experimentum demonstrat, ut ex solutione argumentorum constabit dari vacuum disseminatum, ergo non est admittendum.

Probatur ultima pars prima ratione quidquid non implicat contradictionem valet a Deo fieri, sed nullam contradictionem involvit ponere vacuum in rerum natura: ergo. Maior solvendo argumenta constabit. Probatur minor: distantia est idea corporis aerei existentis inter solem et terram ac idea solis et terrae iuxta Cartesium; sed de illis de quibus habemus distinctas ideas potest verificari de uno destructio sine destructione alterius: ergo potest Deus destruere totum aerem remanentibus caelo et terra; sed tunc daretur vacuum: ergo est possibile.



Arguitur primo contra primam conclusionem: aer immota permanens non potest mutare locum; sed mutaret, si locum esset superficies: ergo &. Probatur minor: flante vento mutatur continuo superficies aeris ambientis turrim; sed hinc turris non moveretur: ergo &. Respondetur: quod locus non est immobilis pro materiali, sed tantum per equivalentiam, quatenus semper idem intelligitur ordo ad centrum telluris, et partes fixas universi. Haec doctrina est Divi Thomae. Notatur loco in conclusione laudato. Ubi autem relatio loci succedens est eadem praecedenti per equivalentiam, quantum ad motum localem. Per quod patet ad exemplum de turri.

Arguitur secundo contra tertiam conclusionem: in summitate barometri, seu tubi torricelliani C figura 2a datur vacuum coacervatum: ergo &. Probatur antecedens: in summitate tubi cum mercurius descendit usque ad B, nullum est corpus quod mercurii descendentis locum occupet: ergo &. Probatur antecedens: si aliud corpus esset

repletus esset aer; sed aer non potest per soliditatem vitri transmeare, et si ingrederetur tota ter mercurius defluerat: ergo &c. Probatur maior: adeo non esset aer, quia esset etherea sublilissima substantia; sed hoc non: ergo &c. Probatur minor: Spiritus liquorum non possunt egredi per vitrum: ergo nec etherea substantia ingredi.

Respondetur ad argumentum: quod in summitate tubi torricelliani reperitur lumen, quod substantia in sententia atomistica, vel Cartesiana cum concitat in motum, et iuxta ipsos motus non sit sine substantia, ubi est lux, erit et substantia; in peripatetica, cum lux sit accidens materiale, exigit subiectum corporeum in quo sit. Unde diximus summitatem tubi repleri ab etherea sublilissima substantia, quae per vitri poros ingreditur, et locum occupat a Mercurio derelictum. Ad paritatem dixi tur: quod spiritus illi oblonga constant figura; cum etiam plurimum tenaces sint unde non sunt idonei poris vitri pervadendis, maxime cum agitentur tanto motu, a substantia etherea, quae in quasi figura se accommodat quibuscunque corporum poris.

Arguitur tertio

Ostenditur sequens pars sedis dationis: Si omnia essent plena nullum corpus moveri posset; sed hoc implicat: ergo &c. Probatur maior: si musca moveretur omnia corpora ante ipsam posita ad eius motum moverentur; sed hoc non: ergo &c. Probatur maior:

Si n̄ moverentur Compenetrarentur; sed hoc re pugnat: ergo &c. Resp. neg. quod musca impeleret Corpus sibi propincum, et illud allud, sed n̄ recte, sed Siculariter, unde n̄ moverentur omnia: ad modum quo piscis movetur in aqua, anteriores quidem partes aque propellit, ac dividit; sed hec Vicinas et laterales partes, ut tandem aqua ad Caudam piscis recurrat.


Arguitur quarto ex Gasendo: Salem Communem solvit aqua in vase Contenta Usque ad determinatam quantitatem et n̄ amplius, postea si immitatur allius sal, scilicet alumen solvitur etiam Usque ad determinatam porcionem. Deinde Sacarum, Vitriolum et allius sales, qui omnes Usque ad quantitatem precisam resolvuntur; sed ex hoc provabatur dari Vacuola disseminata: ergo &c. Prob. minor: huius efectus n̄ potest allia Causa exhiberi, nisi quod aqua habeat in se multa vacuola, ea que diversarum figurarum, diversis salium figuris proporcionata, que repleta sesat solucio Unius salis n̄ tamen alterius. &c.

Resp. admissa esperiencia reddendo racionem. inter quem partes plurima sunt spaciola, que insectorum salium particulas exipiant, sed illa spacia n̄ sunt Vacua, repleta idem quadam sutilissima materia per poros, quibus omnia Corpora pervia sunt

, argentum fluente, qm mazia ut pote ad motum
applicima, in secti Sales ypra graviores facib ab
illi spacioli Stuudunt, Unde in illius locy serra
apunt. Preples qm qd: queglibet rres determinatos
gradu afeccionis ad mutat, ut notab in aquas
Calida; Similiter de Salsedine. Argum Vallet in
Garendy exetaquezet.

Argum quinto: e quedam
metali pila, eolipila apelata, hec mediocris lon
gitudines manubrio apersa habet inparte interio
ri foramen angustiamy, per qd aqua in pletur. Hec
igni ad mota, ut Calent, behementem flatum emitit,
Itaut forcius agens folle igne in Carbonibus alen
sunt ad plures horas Conservet C Sic in figura E.)
Si aute repleata Spiritu Vini, et Ubi is egredi
tur, ad moveatur Candela, Spiritus Vini tunc in
flamatur, et igne anplurium Dicivilitem exhibet;
ut in figura C D, Sed n porunt egredi tot par
ticula nisi Sit vacuy intra eolipila C ut in fi
gura D: ag e Videte imaginas.

Argum.




60
50
40
30
20
10

Resp. ad min. experiencia: etenim substanciam corpora quæque permeant, subire potest eolipile, egredientibus ab illa particulis aquæ, et spiritus vini; unde eterea substancia spacium illud reple. bit. Egresus autem aquæ, et spiritus vini fit propter intensi aeris dilatacionis vehementer, igni a sione causatum.

Arguit. 2.º Si tubus eneum repleatur aqua, orificio hermetice clauso, exponatur aeri frigidissimo congelabitur aqua, quæ sub inde maiorem ocupat locum; sed hoc sine vacuo non intelligitur: ergo &. Item: vox soldicore permeat pariete: ergo vacuas invenit vias, per quas transeat. Resp. ad pmum. quod aer subtilior in tea porosi aquæ contentus ab illis egreditur, dum aqua gelatur, et locum replet ab aqua relictum; tunc etiam plures particulæ nitrose ingrediuntur, quarum vi aqua congelatur. Ad secundum: quod ut vox percipiatur sat est aerem in meatibus parietis existentem communicare cum aere externo, et sic propagatur sonus.

Arguitur 1.º arcu to... manus: Si nulla sunt vacuola, ignis una esset gravitas omnium corporum; sed hoc non: ergo &. Prob. Maior: gravitas est proporcionata quantitati materiæ; sed si nulla essent vacuola eadem esse quantitas: ergo &. Prob. min.: non est acignavi lis ratio cur mensura palmaris plumbea

n̂ si eidē quantî Cȝ lanea nūi vacuolaî.
ᷓq̂ &c. simile argûbȝ efformale pro reccistenȝcia fluidorȝ, nᵂqȝ eodē mobi, a celeritate mo
verentur, si nulla ê in hoc secta vacuolai ᷓq̂ &c.
Ad argûtȝ in primis respbiâ ex doctrina data
in dubitacio de rarefactione.

Resplûr sedô dicen
dô duo corpora volumine equalia, pondere
autē inequalia, ita se habere ut minus gra
ve ampliores habeat poros; gravius vero ex
tricioribus poris compactȝ sit, quare ether fa
cilius transit per poros prioris corporis, ac sta
tim fluens ex illo, n̂ addit eidē tantȝ ponderis,
quantȝ alteri corpori extricioris poros habenti.
Ad sedȝ dicitur: qd reccitencia fluidorum
est atendenda ex configuracione, textura, et
mutua adhecione partiȝ, quę n̂ ê eadē in om
nibus, pro materiâ etereâ advertite, qd cum n̂
sit corpus tenaso, n̂ ê opus habere poros, qâ
partes eius facile iunguntur.

Arguitur octavô
Itaque vltimq. I nū parti, si per Dei potenciȝ
Darentur vacȝ eius extrema distarent, et n̂
distarent; sed hoc n̂. ᷓq̂ &c. Resp̄ta ex Dne.
Fitô quolibeto 11º vacȝ n̂ esset spaciȝ ha
bens dimenciones pocitivas, sed solȝ inteligita
pocivilitas ad pocitivas dimentiones cum

Carentia Cuius cunque dimensionis actualis;
Sed quae extrema diu carent negativè, quia
nil positivum mediat ratione Cuius dicitur; et non di
carent positivè, quod non est contradictio. Si argua tur
libera Dei in primo distinctione 37, dicitur quod ar
guitivè procedit.

Dubitavi: quinam sit Causa
in praedictiva Vacui Repulsa cum per Antipathiam, quam
ipsa natura nec nisi in voce dicerunt moderni di
centes: Causam esse Vim elasticam, seu elaterium
aeris, nam aer natura sua gravitate deprimitur,
ne amittatur partium unitarum Colligatio. Sed quae
non est unde acriter reprehendant Aristoteli
cos Colligationem quia recentiores, et maxime Car
tesiani fatentur talem Colligationem partium esse ex
actione naturae rerum.

Quaestio Sexta an ex autoritate recte inferatur duo Corpora penetrata fuisse ut eundem occupaverint locum et e Contra.

Docuerunt epicurei duo Corpora quantitate affecta, nec Divina Virtute posse penetrari. Id(?) aud hæ ret Durandus. Scotistæ vero et Thomistæ asserunt possibile esse duorum Corporum quantorum penetracionem, attenta Divina Virtute id que de facto evenisse ex autoritatibus Scripturæ dicunt recte deduxit. At vero Circa replicaciones eiusdem Corporis quanti, ita ut simul sit in duplici loco siccum circumscriptive, non ita Conveniunt. Thomistæ negant hoc fieri posse etiam de absoluta potentia Dei. Affirmant Scotistæ Cum suo Subtili Mro in quarto distinccione 10.ª questione 2.ª Dicitur ita

„ Sit Dico: ex autoritate Sacræ Scripturæ recte
„ Colliguitur duo Corpora quanta Compenetrata
„ fuisse, et est. Plus prima pars ex Evan
gelio Ioannis Capite 20 ubi ait: Cum fores esse Clausæ Venit Iesus, et Stetit in medio eorum. Et infra: Venit Iesus ianuis Clausis, et Capite quarto ad Ebreos ait apostolus: habentes ergo Pontificem Magnum, qui penetravit Se los; sed predictæ autoritates expresse dicunt duo Corpora quanta Compenetrari: ergo &c. Confirmatur: ex Doctrina Celebri Christus Dominus exivit ex Claustro Virginis, permanente illo omnimode illeso: ergo per penetracionem

Phur 2ª pars lectio actuum apostolorum ait Christus:
" ego Sum Jesus, quem tu persequeris; sed ex allia
authoritate, nempe ex pma ad Corinthios Capite 7°
infertur, quod Jesus tunc Simul erat in Cœlo: ergo
& Minor Constat: nam loco Citato ait apostolus:
" oportet Christum Cœlo Suscipere Usque in tempora
" restitutionis omnium, hoc est, Semper esse in Cœlo;
Sed ex apparitione Constat esse in Via: ergo & Con
stitur Utraque 2a minor pars: Sacra Scriptura pro-
prio, ac literali Sensu intelligenda est, quoties nihil
ex fidei decretis, vel ex evidenti ratione & prorbus litera-
li, obviqua terrorum Sensui adversatur; Sed ut ex po-
sitione argumentum Constavit, nil adversatur: ergo &c.

ARGUMENTA SOLVUNTUR.

Argta 1° non possunt intelligi authoritates Sacræ Scrip
turæ Sensu literali, quando opponuntur naturali nu
mini; Sed loca assignata in Sensu literali oponun

tur naturali numini: ergo &c. Ptur minor: lumini na turali repugnat quod non expelatur unum Corpus ab impediente alio: ergo &c. Ptur Ant: expultio est effectus formalis quantitatis: ergo &c. Resp. Distinguendo Ant: expultio est effectus formalis secundarius concedo ant. primarius, nego ant. effectus formalis primarius quantitatis est reddere substantiam radicaliter impenetrabile secundarius vero actualiter corpus expelere: hec Colige que dicta sunt circa constitutivum quantitatis, ubi invenietis Deum poset impedire eiusmodi actus secundarios, sicut impedivit cremationem in fornace Babilonico.

Argtur 2°: quodquod implicat contradictionem ex Scriptura non probatur; sed implicat contradictionem &c. ergo &c. Ptur minor: si duo Corpora posent penetrari, etiam partes Corporis inter se; hoc repugnat: ergo &c. Ptur minor: si duo Corpora penetrarentur, partes penetrate quelibet esse et quasi tota; sed hoc implicat: ergo &c. Resp: quod et si partes penetrarentur, semper totum exigere maiorem extentionem, quam pars, ut evenit in Corpore Christi existente in Eucaristia; unde assumunt sequitur quod partes essent equales actualiter quod non implicat.

Argtur 3°: si unum Corpus esset simul Circulative in pluribus locis sequeretur contradictio: ergo ex ubiquitate &c. Ptur ant. sequeretur

esse et non esse sed hec est contradictio: ergo &c. Ptur Maior: iuxta Scotistas si idem effectus esset simul productus a duplici Causa totali et ade quata sequeretur dependere et non dependere: ergo a simili. Ptur Concia: ideo autem est verum, quod depen dere ut supponitur, et non dependere qualenus tota liter esse ab allia Causa; sed similiter Corpus esset totaliter locatum, ut supponitur, et non esset qua tenus poset locari totaliter in allio loco: ergo &c.

Respondetur quod Comprehensio localis adequata, per se fert qui dem totum Corpus locatum contineri intra ambitum uni us loci; sed non licet inferri illud non posse simul ab allio loco Comprehendi per eandem alliam Comprehen tionem sicut obiectum totaliter Comprehensum ab uno intellectu, per eandem alliam Comprehensionem potest tota liter Comprehendi ab allio; quia hec et illa sunt relationes. Ad paritatem dicitur: quod depen dentia effectus a Causa est essencialis sed indivi duabile esse, unde implicat quod per eandem illam entitatem, quae esse dependeat totaliter ab una qualenus ab illa producitur, et quod ab illa non dependeat se cundum eandem entitatem quia producitur ab allia.

Praeter quam quod argumentum valet in Thomistas relinquenti idem locum potest adequate repleri ab uno Cor pore, et per eandem alliam repletionem repleri totaliter

ab allio: ergo idem Corpus potest totaliter locari in Uno loco, et Sedus allius locacione locari in allio; qua non minus repletio quam locatio suntre latiores. Denique: Sic arguibus probaret esset — Ultra definitivus presentia Corporis Christi in eucaristia, et Sicut circumscriptiva in Selo, Si divicitas presenciarum non sufficit ad hoc ut idem Corpus Sit in duplici loco modo naturali; quia modo Sufficiet ut Sit in Uno loco modo naturali, in allio Vero preter naturali.

Arguitur quarto: si idem Corpus poset esse Sircumscriptive in pluribus locis, posse etiam in omnibus locis a Deo Colocari; Sed hoc repugnat: ergo &. Probatur minor: si poset a Deo in omnibus locis Colocari esse inmensus Sicut Deus: ergo &. Probatur antecedens: Si Creatura poset operari omne pocibile eset omnipotens Sicut Deus: ergo a Simili. Respondetur disparitatem esse quod inmencitas Corporis Circa quod dareter eset tantum paciva in ordine ad potenciam replicantem Corpus; at vero: Si Creatura poset omne producibile producere eset racione allicuius Virtutis active, quod limitacionis Creatae repugnat.

Arguitur quinto: Si pocibilis eset Corporum replicatio Sequeretur: quod idem homo poset efformare magnus exercitus. Item Ultra Se pugnaret poset

elig Coreas ducere, simul Currere, et quiescere, et allia absurda; sed hoc n̂: ẑg &c. Reip̂ber ex Drê Nro Subtli hec omnia possilia esset; at si racônẑ atendamus, nil sequitur, ita que ut ait Subtili Doctor per replicacionẑ presen ciarẑ n̂ augetur virtus activa rei locate, nec intencivê, nec extencivê; qâ Cuẑ illa locati re plicatio sit omnino extrinseca, nec ad virtutẑ pertineat agendi, ideo hanc nullo modo potest augere.

Accidentia illa, quẑ per se pendent a loco variantur circa diversitatẑ locorẑ, quia Cuẑ alo ci pendeant ex ploralitate ipsorẑ auferetur contra dictio. At vero accidentia quẑ aloca n̂ pendent, ut albedo, n̂ variantur precicẑ propter varitatẑ lo corẑ, qâ allia ê presencia albedinis, et allia pre sencia Substẑ. ex quo sequitur poret homo, et quolibet allud per replicacionẑ id ad qd suficit sola replicatio; n̂ vero illud ad quod requirita virtus activa; quin ex hoc sequatr alliqua repu gnancia, sicut n̂ sequitr in eo qd in eodem loco sit septio unius Corporis, et n̂ sit secio alte- rius.

Arguitr 6.º: idẑ succecivẑ n̂ potest simul exis tere in diversis temporibus: ẑg a simili. Ptur Concia: sicut succecivẑ ad tempora, ita Corpus ad loca sed idẑ succecivẑ &c: ẑg &c. Ad argutẑ resp̂ber: qd Cuẑ tempus sic a nobis intelligẑ âtur ut partes

habeat Continua fluentes ideo imaginari non po
ssumus duas temporis partes esse simul, aut unque simul esse in diversis temporibus. Loca permanent, et simul esse posset in telis unitus.

Questio Septima utrum Substantia a Santis patribus aliquando usurpata fuerit pro Subsistentia.

Supposito ex logica quod sit substantia, querenter ad tollendam equivocationem: an Santi patres alliquando nomine Substantiae intellexerunt Subsistentiam, seu personam, vel hipostasim seu rationem illam, quae naturam reddit ultimo completam, resp. affirmative. Pba. ex divo Damasceno in dialectica Capite 25.
» de hipostasi ubi ait: hipostasis nomen duas

significat. quandoque simpliciter existenciam secundum quod idem significatur est substantia, et hypostasis. Unde quidam sanctorum patrum dicebant naturam hypostasim. idque ait Damascenus libro 4° differenciarum Capite 10. ergo Sancti patres alliguandum &c.
= Quid sit accidens, quid sint &c. praedicamenta dicta manent in logica.

Questio octava quid sit mundus et an fuerit ab eterno productus.

Mundus vere describitur: perfecta rerum omnium creaturarum sub uno supremo predominante, et moderatione universe sub ordinatarum ordinatio. sicut statim loquamur tantum de mundo corporeo, et aspectabili: est universitas rerum sensibilium hoc sibi supponendum est cum sanctis patribus Damasceno, Basilio, et Ireneo, quibus adheret subtilis Dr. Scotus in sexto distinctione quarta quaestione 1a.

mundum aspectabilem nullatenus esse animatum. Quod liquet ex Concilio generali Constantinopolitano sexto ubi asseritum fuit: Siquis dixerit Cae-
„ lum, et solem, et lunam, et stelas, et aquas quae
„ supra Caelos sunt esse animatas virtutes ma-
„ teriales anathema sit.

Similiter supponendum venit mundum esse perfectum, ut clare colligitur ex illo gene-
„ si: Vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant valde
„ bona. Rursus est supponendum mundum esse unicum, semper enim Scriptura sacra loquitur in singulari: mundus per ipsum factus est habetur ex primo Joannis, et alibi passim; licet plures esse possibiles contra Cartecianos asseramus, quia nulla in hoc apparet repugnancia, praesertim cum juxta Cartecium Deus difficiliora his possit. Fide etiam supponendum est contra Atheistas mundum esse a Deo creatum: ut constat ex Simbolo Niceno: factorem Caeli et terrae.

Epicurei enim delirarunt, quod haec aspectabilis universitas formata fuit ex fortuito atomorum concursu quibus ita aloquitur Tullius libro 1o de
„ natura deorum: Si enim mundum efficere potest concursus atomorum cur porticum? Cur templum? Cur domum? Cur urbem non potest, quae sunt minus operosa, et multo quidem faciliora. His ita dicendum est: an haec Universitas ex suppositione quod producta fuit an fuerit in tempore vel in aeternitate

Aristoteles in hac parte, et Communiter omnes. Ita paucos tenent terravit Dicens mundum esse ab eterno producunt.

Caldei, egypti, et Cinenses fabula[illegible] mundum per infinita antiqua secula. Catholici omnes tenent, mundum [illegible] in tempore a Deo Creatum, et probabiliter annis Circiter quatuor mille ante Carnacionem [illegible] [illegible] his

Sit nostra Dicio: Mundus non fuit ab eterno, sed in tempore Deus illum Condidit. Probatur primo auctoritate Sacre scripturae Capite 8. proberbiorum: Dominus possedit me in initio viarum Suarum ante quam quidquam faceret aprincipio. Ab eterno ordinata Sunt, et ex antiquis ante quam terra fieret. et Capite 17. Joannis ait Christus: Clarifica me pater Claritate quam habui priusquam mundus fieret

Item primo genesis: in principio Creavit Deus Celum et terram. Et licet in principio aliquado pro eternitate Sumatur, tamen textu Citatus intelligitur aprincipio totum aplurimis Sanctis Patribus. Sic ergo Sanctus Ambrosius homilia 1a. Sanctus Bacilius. libro 1. examezon Divus Chrisostomus homilia Secunda in genesim; Sed derivari [illegible] set a Commune Consensu Sanctorum patrum: ergo &c. Probatur Dicio racione negativa: eternitas mundi nec racione probatur nec Scriptoris prodicta est, nec aliquid Simus acridisse ante tempora adami Confirmata:

ergo non est &c. Confirmatur his Lucretii versiculis.

Praeterea si nulla fuit genitalis origo.
Terrae, et Celi semper que eterna fuere
Cur supra Bellum thebanum et funera troye
Non alias alii quoque res cecinere poetae
Quo tot facta virum toties cecidere nec usquam
Eternis famae monumentis in Certa florent.

ARGUMENTA SOLUUNTUR

Arguitur primo: mundum esse in tempore arguit imper-
fectionem in Deo; ergo &c. Probatur ant: si mundus esse in tem-
pore Deus mutaretur; sed haec esset imperfectio in Deo
ergo &c. Probatur maior: Deus transiret de non esse ad esse Cre-
antis; sed haec est mutatio; ergo &c. Respondetur: quod muta-
tio datur ubi adest potentia; Deus ergo non muta-
tur, quoniam nulla est in Deo potentia, sed tota

actu occupavit; Unde illa actio Dei extra se nil in ipsum mutationis refundit, sed tantum dixit mutationem Creaturæ, quæ de novo exivit, ut Deus semper aeterno Concilio ac decreto suo statuit.

Unde tota mutatio est extrinseca, et ex parte Creaturæ; Deus enim per relationem Creaturæ ad ipsum, nil intrinsece cum recipit; Unde mutationem non arguit. Si autem quæratur quid tunc faciebas Deus? respondetur cum magno parente Augustino libro Undecimo Confessionum: esse ... respondeo non
" illud; quod quidam respondisse perhibetur joculariter: alta inquit quærentibus præparabat in
" fernum .... non faciebat aliquid. et infra; si autem
" ante Cœlum et terram nullum erat tempus, Cur quæri
" tur quid tu faciebas? non enim erat tunc, ubi non erat
" tempus; nec tu tempore tempora præcedis alioquin
" non omnia tempora præcederes.

Arg. 2: Deus est summum bonum; sed hoc ipso mundum ab æterno creavit: ergo &. Probatur minor: summum bonum est sui summe communicativum; sed non esset si mundus non esset ab æterno: ergo &. Probatur minor: illud non est summe communicativum quod magis potest communicari; sed si Deus non creasset mundum ab æterno, posset se magis mundo communicari: ergo &. Respondetur: quod Deus est summum bonum liberrimum, et non necessarium proinde que communicatur, quando, et tot pro ut vult; unde cum nulla

ratione probetur quod ab aeterno fuisset ideo &c.

Arguitur tertio: ex authoritate Sacrae Scripturae non infertur mundum fuisse in tempore ergo &c. Probatur antecedens: ideo infertur, quia Adamus esset primus homo; sed ex scriptura infertur Adamum primum hominum fuisset: ergo &c. Probatur minor: ex apostolo ad Romanos Capite quinto: Usque ad legem enim peccatum non erat in mundo: peccatum autem non imputabatur cum lex non esset: sed regnavit mors ab Adam usque ad Moisem; sed ex hoc infertur Adam non fuisset primus homo: ergo &c. Probatur minor: Usque ad legem Adamo positam peccatum non erat in mundo; sed erant peccatores: ergo et homines.

Respondetur: quod illa lex de qua loquitur apostolus est lex mosaica, cui plures homines praeserunt. quod ita sit liquet ex ipso apostolo, qui ubicunque accipit hoc verbum lex, intelligi legem mosaicam. Constat etiam ex ipsa epistola ad Romanos ubi dixit ex operibus legis non iustificari, lex non destruit per fidem legem, ergo operationes quae omnia intelliguntur a paulo de lege mosaica. Quomodo enim eodem in Capite nomine legis Adamicam, et non mosaicam significaret praeter quod Apostolus scribebat iudaeis Romae Commorantibus, qui et Hebraei nil aliud habebant in ore, et estimatione quam Moisem.

Arguitur quarto: vel Deus voluit Creare mundum ab eterno, vel non; quod quodcumque dicatur contra dicta; ergo &c. Pbatur minor: Si voluit: ergo fuit Creatus, alias quin divina Voluntas esset inefficax. Si noluit: ergo divina Voluntas mutatur & nolle ad Velle; Respondetur: Deus Voluisset ab eterno Creare mundum, non pro eterno, ita ut ab eterno Voluerit mundum producere, sed pro tempore; sicut ab eterno Voluit Creare nos, sed non pro eterno, sed in tempore determinato.

Arguitur quinto: Si nulli erant homines ante Adamum, frustra Deus signaret Cain; ad hoc non: ergo &c. Pbatur maior: Deus signavit Cain, ne occideretur ab aliquo; sed si non erant homines ante Adamum non esset ab quo occideretur: ergo &c. Pbatur minor: non a Patre suo, nec a fratre abele: ergo &c. Respondetur: quod signatus fuit ne occideretur ab aliis filiis adami, quia cum mors abelis acciderit circa annum mundi 130, et ex Communi traditione habeatur Evam quolibet anno in lucem edere duos gemmenos; fieri potuit ut eo tempore, iam nati fuissent Adamo plus quam centeni filii.

Ut autem sciatis deliramenta antiquorum est notandum: Caldeos affirmare quod a tempore quo ceperunt observare Sidera usque ad Alexandrum quadringentos mille annos esse numeratos. quod vero Mendacium esset Constat ex eo quod Laertius dicat, illos affirmare Spatium annorum 48863 solum Stetisse deliquia lunaria 832, cum tamen

Se lude recurrere necesse sit anis 6 lo, nq. St. alli
quis aiunt lavibus absq. Clibri Solis, et longe anni
sequentes sunt duo vel tres.

QVESTIO NONA
QVOD EX HISTORIU[M]
FIDEDIGNIS TENENDU[M]
SIT CIR
CA ORBIS
EXTENTIO
NE.

Esferici, teste plutarco Stoyci terraqueum esse fe[runt]
cy dixerunt; alli Conicy; Anaximines quadrat[um]
Leucipus Vt tympany; Democritus, qua cu navi[s]
Anaximandes, et Genofanes Cilindricy; Mag[ni]
patres Augustinus et Lactancius in Sermo[ne]
ding Senglorii. Geographi moderni Vt Colum[bus]
auth Cazlorca in Suo Compendio matematica
tomo 8. folio 117 asecimus mundy Seuq
terraqueu esse esfericu Constante que extendit

sexaginta graduum.

Quo supposito scire est opus in quolibet gradu contineri quindecim leucas germanicas, ex quibus quaelibet constat 18888 pedibus hispanis. Vel continet decem et septem cum dimidia hispanas, constante qualibet 21164 pedibus hispanis, vel viginti leucas gallicas quarum quaelibet habet 21666 pedes hispanorum. quo stante cum ipso Vicentio Mosca quantitatem globi terraquei dicimus esse 5400 leucarum germanicarum, 6300 hispanarum, et 7200 gallicarum.

QUAESTIO DECIMA QUOT SUNT GENERA CAUSARUM UBI ET EARUM NATURA EXPLICATUR.

Causa physica ut sic sic definitur: est principium per se primo influens esse in aliud, quod potest

n̄ existere. Dividitur in materialem, formalem, efficientem, et finalem. Probatur universaliter hac divisio: nihil producitur a se ipso: ergo datur alliud a quo fiat, seu Causa efficiens. Item nulla agens Creatum alliquid produxit ex nihilo: ergo produxit ex præ supposito subiecto, hoc autem est materia. Rursus: Dum alliquid producitur in subiecto, ipsud subiectum realiter mutatur, recipit alliquid reale, quod ante carebat, id vero est forma. Denique: omnia agens naturale n̄ agit temere, et inordinate, sed ob certum finem: ergo admittenda est Causa finalis.

Nec dicatur dari allia genera Causarum, quia instrumentalis est efficiens; exemplaris aut vero Causa n̄ est aut ad efficientem reducitur. Dispositiones, quæ requiruntur ad introductionem formarum reducuntur ad Causam materialem. Alliter dividitur Causa in primam, et secundam. Prima est quæ a nullo dependet, scilicet quæ omnibus Causis virtutem Causandi dedit. Secunda est quæ habet Causam Creata, quæ nihil Causat nisi per acceptam virtutem a Deo, et mediante divino Concursu. Causa secunda allia est equiboca, et est quæ sibi similem effectum n̄ produxit in specie; ut Sol producit ranam, allia Uniboca et est quæ produxit effectum sui similem, ut homo hominem, leo leonem.

Uniboca allia est immediata, allia mediata. Prima immedia

te per se attingit effectum, secunda per aliud, im
mediata alia agit in mediatione virtutis, sic
Sol, qui virtute sua producit aurum in terra. A
lia in mediatione virtutis, et suppositi, ut Deus
quia non solum per suam virtutem, sed ubique essenciali
ter praesens operatur. Utraque dividitur in totale,
et est quae se sola effectum producit, ut ignis pro
ducens ignem, et in partiale, quae non nisi mediante
alia causa eiusdem generis, et ordinis effectum producit.
Totalis alia est totalitate effectus, alia totalitate
causae. Prima est cuius virtus extensa ad totum
effectum, illa sola totum non producit. Secunda est quae
nullius esse concursio ad producendum totum effectum.

Secundo interca
usas ad effectum tali est: prima est forma, secunda mate
ria, tertia efficiens, quarta finis. Secundum causan
di: prima finis, secunda efficiens, tertia materia, quar
ta forma. In ordine quidditatis: forma est prior, quia
dat esse rei: in ordine motionis, finis est prior, quia
est ad agendum. in ordine essendi, 1a est effi
ciens, nempe deus, qui cuncta causavit. secunda ma
teria, quae primo fuit producta, tertia forma, quar
ta finis. Materia et forma suam causalitatem
exercent erga compositum. Materia erga formam
quae ex ipsa educitur, et forma erga materiam
actuando ipsam. effectus secundarius materiae erga
formam est illam sustentare; secundarium formae est ex
pulsio alterius.

QUAESTIO VALDE IMPORTANTE, REVERA NE SINT CAUSAE EFFECTRICES.

Supponimus hic omne producibile productum fuerit in sex diebus Creationis quae referuntur in Scriptura.

Cartesius noster modernus, dum illa elaborat, contendit quorundam antiquorum opinionem negantium Creaturis veram ca[usalitatem] effectivam stabilire de novo, propriisque ratiociniis pro[bat]. Sic quoad Cartesii sententia est Deum esse Unicam [causam] creantem rerum omnium Causam, adeo ut Creaturae n[ullatenus] efficienter influant. Unde ut ait Pater Bab[enstuber] apud Hauset tomo secundo parte 3.a ontologiae omnes Creaturae tantum sunt Causae occasionales, hoc est, tales, quae alicui effectui occasionem prae[beant]

propter legem â natur. Conditore institutam; Sed quando
dicimus homo pro sua Voluntate movet pedes, dicunt
a Voluntate provenire motum tantum occasionaliter,
a Deo efficienter. Nec alia ratione volunt Cor-
pora moveri ab Angelis, quam quod Deus inter Volun-
tatem Angeli, et motum Corporis quamdam legem Con-
stituit. Pariter iuxta Cartesianos Coelica Corpo-
ra Vortice globorum inglobus in Curant, non sunt
Causa motus Communicati, Sed occasio qua Deus
omnis motus autor Unicus suo modo determinat,
ut hic et nunc motum in altero globo efficiat.
Ut autem tollatur equivocatio dicimus non est an
Creatura agat sine Concursu Dei, Sed an Causa
secunda aliquid vere efficienter agat licet de-
pendenter a prima.
Quia autem Virtus activa
potest accipi bifariam, ut operativa, et ut pro-
ductiva, de utraque movenda est quaestio: an scilicet
licet efficienter attingat effectum, et an effectus sit
aliquid de novo productum. Sit Dicendum: natura ”
” les res non sunt Causae merae occasionales, Sed ”
” vera efficientia, et activa potent Virtutem ad a- ”
” liquid de novo producendum. Probatur prima: Si Cre- ”
atura non habet Virtutem effectivam tota corruit ”
philosophia; Sed hoc est absurdum: ergo &c. Probatur
Maior: tota philosophia procedit Si nos non possumus

lumine naturali distinguere et cognoscere diversa; sed ita est si Creatura non efficit motus ergo &c. Maior constat ex eo quod philosophia nil aliud sit, quam rerum naturalium cognitio, et disceptatio.

Plur. minor: ideo dicimus ignem ab aqua distingui, et affirmamus hic esse aquam, illic vero ignem, quia ad illorum objectorum presentiam varios motus experimur; sed si ab igne et aqua non efficiuntur tales motus, non possumus ignem ex diversitate motus ab aqua discernere ergo &c. minor est certa et a Cartesianis admissa, quia cum solum motum localem admittunt, et sola motus varietate diversas substantias exsistere colligunt. Plur. minor: si solum Deus varios efficit motus erit pro sua libertate; sed tunc potest ponere illos ad praesentiam eiusdem substantiae ergo &c.

Minor plur.: non possumus ex diversitate motuum inferre diversitatem diversarum si non scimus certe Dei velle praestare tales motus determinatos; sed ita accidit ergo &c. Plur. minor: de eo quod pendet a divina libertate non possumus certificare, an sit, vel non; sed ponere illos motus ad praesentiam substantiae pendet a divina libertate ergo &c.

= Respondent Cartesiani: Deum ex lege a se condita teneri ad tales motus efficiendos, quod constat ex generali experientia; alliber Deus esset decipere. Dist. ma.: nos falleremus quia iudicaremus

motibus pendentibus a divina libertate diversita-
te Substanciarum: ergo

Contra Secundo: iuxta Car-
tesianos non valet hic discursus: Sensus nostri ta-
li modo aficiuntur, et tali in nobis excitatur Idea:
ergo tale Corpus vere existit, nec Deus nos de-
cipiat: ergo nec valebit raciocinatio ipsa. Sensus
nostri motibus variis aficiuntur: ergo existunt va-
ria et diversa composita nec Deus nos decipiat,
et sicut Cartesiani dicunt in primo discursu
tercium Sephum esse ex parte Aristotelis, ita et in secundo
ex parte Cartesii.

Probatur Secundo [illegible] ratione: iuxta
Cartesianum legerant parte quarta philosophiae arti-
culo 47: quando dicitur unum Corpus movere aliud,
non est sensus, quod illi qualitatem realem imprimat, sed
tantum quod determinat Causam Universalem ad appli-
candam potenciam ad aliud Corpus, in quod vir-
tutem suam motricem non exercuisset, nisi ab eo esset de-
terminata: ergo quando pile a bellicis tormentis explo-
se diruunt in oteram Civitatem nil aliud prestant,
nisi Deum determinare ut ruinam infringat, et per-
terrat; hoc vere ridiculum: ergo et illud unde
sequitur atqui cum in pilis tantus impetus et fragor
nunquid Deus dormiebat? propter quam quod
hoc est Deum physice determinari a Causis
secundis.

Probatur denique Conclusio: ex textu geneses et Capite 1 ait Deus: producat terra herbam virentem, et lignum pomiferum faciens fructum. et 21 Lucae inquit Christus: videte ficulneam, et omnes arbores cum producunt iam ex se fructum. Rursus: in utilia essent tot organa, et membra in animalibus, cum Deus sine illis posset efficere. deinde: divinis libris proprio ac litterali sensu sunt intelligendae, quoties nihil obstat ita accidit in casu nostro, quia nulla ratio nulla autoritas nullum experimentum suadet contrarium: ergo &c.

ARGVMENTA SOLVVNTVR

Arguitur primo: illud de quo non datur idea non est admittendum: sed de virtute effectiva Creaturarum nulla datur idea: ergo &c. Probatur maior: de existentia corporum mundi huius, et aliorum similium datur idea: ergo de illis &c. Respondetur quod aliud est scire rem

esse, aliud ê percipere Clare quid sit, plurium rerum nullam habemus ideam Claram, et illas scimus certo esse, sicut patet in virtute electrica, et magnetica, influxu et refluxu maris; et ipse Cartesius dixit materiam Corporicum Continuae esse indefinitam, licet fateatur Clare n̂ percipi quomodo hoc sit.

Argutur Secundo: Creatura totam existentiam habet a Deo: ergo et totam operationem. Probatur Consequentia: sicut Creatura dependet a Deo quo ad esse, ita quo ad operari; sed tota existentia ê a Deo: ergo &c. Respondetur disparitatem esse in Creatura propterea ad existentiam nihil esse; quod nihil ê operari n̂ valet; Unde Creatura sibimet n̂ potest Comparare existentiam sed illam habent a Sola Deo. At vero operatio n̂ pertinet ad lineam essendi, et ante operationem ipsa Creatura in Supposito existens, atque adeo Capax ê sui met Comparandi operationem, quare dependentia Creaturae quoad ad operationem a Deo in eo tantum sita ê, ut Creatura accipiat a Deo vim operandi, nec operari ipsa possit nisi Concurrente Deo.

Argutur 3°; si Creatura haberet virtutem efficacem valeret superare distantiam infinitam; sed hoc n̂: ergo &c. Probatur maior: ens et n̂ ens infinite distant; sed tunc Creatura

transferre non est ad esse entis: ergo &c Confirmatur: et
si non deberet Virtus effectiva in creaturis non essent inuti-
lia tot organa et membra: ergo &c Probatur antecedens: Illa orga-
na et si nihil producerent essent dispositiones prae-
quisitae ad productionem ergo &c. Probatur antecedens: et si pater et
Mater non attingant productionem animae rationalis, quae
a solo Deo creatur, tamen sunt dispositiones ad
productionem illius ergo &c.

Respondetur ad argumentum ex ipso
solum probari, nullam rem creatam posse quidpiam crea-
re, hoc est, producere ex nihilo subiecti, seu sine de-
pendentia a subiecto, quia quodlibet agens creatum
est omnino finitum, et limitatum, tum ex sua intense-
ione, tum ex dependentia a subiecto, sine quo nihil
potest efficere. Quamvis autem creatura tollere non possit
illam infinitam distantiam, quae inter duos terminos posi-
tivos versari intelligitur, tamen distantiam illam auffe-
rre valet, quae intercedit inter esse, et non esse dum-
modo operetur cum dependentia a subiecto in quo ab
omnipotentia secernitur.

Ad Confirmationem dicitur:
quod creaturae aliquando sunt causae mediorationa-
les; sed tantum respectu quorundam effectuum, cum
quibus non habent specificam proportionem, ut contin-
git in productione animae rationalis ad quod accidere
in aliis rebus cum quibus habent proportionem abso-
lute negamus. Dices: Magnus parens Augustinus libro

quinto de Civitate Dei Capite nono ait: Corporales Causæ non Sunt inter Causas efficientes ad numerande. Restè ergo Magnus Parens locutus fuit de Causis efficientibus liberis; in Quarum numero Corporales Causæ, quæ Sunt mere naturales non Sunt ponendæ.

Arguitur quarto: nulla res habet ase ipsa, quod admittere potest in tegra permanente natura; Sed Corpus potest amittere motum integra Sua permanente natura: ergo &c. Probatur minor: idea Corporis perfecte intelligitur absque motu ergo &c. Respondetur in primis negando majorem, quam Cartesiani Supponunt. Respondetur Secundo: permittendo majorem, et negando minorem; quia licet idea Corporis Secundum quod tantum Corpus est posset haberi absque motu, hoc non probat, quod motus non proveniat a Corpore; ad modum quo, licet essentia hominis posset intelligi absque risivilitate, Nec ratione probat hominem non esse ase risivilem: Sic minus negarentur omnes rerum proprietates. Motus enim Convenit Corpori non ut essentia, Sed tantum ut proprietas.

Arguitur 5.º Corpus Secundum Se est indifferens ad motum, et quietem: ergo &c. Distinguo antecedens: Corpus est indifferens, si tantum intelligatur essentia ipsius, Concedo antecedens; Si Corpus Consideretur Cum Suis proprietatibus nego antecedens: Distinguo Consequentiam: Sed Corpus Secundum Suas proprietates non potest esse Simul indifferens ad motum, et quietem ergo &c. Probatur Sub minor: repugnat Simul esse Sub forma et privatione; Sed quies est privatio motus: ergo &c. Respondetur ad argumentum; Quod si

cut iuxta Cartesium Substantia intelligitur indistinctum ab extensione, et Cogitatione mmmm m m m mm licet neutra sic de idea Substantiae; sic similiter de Corpore respectu motus, et quietis, licet neuter sit de essentia Corporis.

Ad replicam dicitur: quod motus, et quies inter se ordinantur tamquam medium, et finis, et ideo Corpus recte intelligitur habere principium motus, quo ad quietem tamquam finem tendat. Corpora autem moventur ad quietem obtinendam, nam ut ait Magnus P. Augustinus supra Psalmum 29 numero 10 pondus est impetus quidam cuiusque rei velut tendentis ad suum locum. Hoc est pondus. Fers lapidem? pateris pondus; premit manum tuam, quia locum suum quaerit. et vis videre quid quaerat? subtrahe manum. Venit ad terram quievit in terra.

Arguitur 6. ex Malebranc libro 6 de inquirenda Veritate: Dum ascribunt per Hipatetici formas, facultates, qualitates, et virtutes reales effectrices, aliquid divinum tribuunt Corporibus; et hoc non: ergo &c. Probatur maior: proprium Dei est agere, punire, remunerare; sed hoc tribuerent Corporibus: ergo &c. Resolutio proprium Dei esset operari a se et independenter, et per operationem a se realiter indistinctam. Creaturae non ita operarentur, quia non a se, sed virtute a Deo accepta. Remunerari, et punire in aliquibus Creaturis possibile est, sed cum dependentia a prima Causa, sine cuius Concursu nil operari, nil efficere possunt.

Arguetur 1° auctoritatibus Scripturae: Isaiae Capite 44. ait Deus: ego Sum Deus faciens omnia, extendens Caelos Solus, et nullus mecum. Job Capite 10: manus tuae fecerunt me. et prima ad Corinthios: Deus operatur omnia in omnibus: ergo Respondetur: ex his et aliis auctoritatibus nil aliud Colligi, nisi immediatum Dei Concursum; hic tamen non excludit Concursum Creaturae operanti. infertur etiam omnem Vim Creaturarum esse a Deo illis Communicatam. in textibus vero Isaiae indicatur Deum Disposuisse rerum omnium Universitatem absque Concursu alterius.

Quaestio duodecima explicans Systhema Cartesianum, et a quo primus inventum fuerit.

Anno a reparata Salute 1602 natus fuit Galiis Renatus des Cartes, Vulgo Cartesius. Hic philosophus de omnibus ut in logica dicimus dubitare instituit. ut autem Statuat naturalia principia, Seu elementa, ex quibus Corpora formantur, Supponit Verisimile

Deus ab initio mundi, Creavit quandam materiam Unitam, ~~[illegible]~~ ~~quam~~ postea illius divisit innumeralibus Creavit partibus Subtilissimis Cubicæ figuræ et angulatis; illisque indidit Celerrimum motum Circa Centrum proprium, quo motu Confractis angulis particulæ illius materiæ evaserunt rotundæ seu espheriæ.

Ex fractione autem angulorum aliæ particulæ resultarunt, ex quibus vna sunt subtilissima aliæ Crassiores. Hinc tribus materiæ speciebus Contentus Cartesius, scilicet materia subtilis est illa quæ ex angulorum fractione resultavit, semperque est supra suæ subtilitatem in quo datur velocissimo quo motu solidiora quæ Corpora penetrat. Materia globulosa, et sunt illæ particulæ quæ post angulorum fractionem espheriæ remanserunt. Denique materia striata Composita ex illis particulis ramosis at Crassioribus relictis ex angulorum Collisione. Hæc omnis materia posita inquodam Continuo motu vorticoso est totum Cartesii Sistema.

Ex materia primi elementi ait formare Deus Solem Stellas fixas, ignem et omnia Corpora ab intrinseca lucentia. Ex materia globulosa, seu secundo elemento materiæ æterum, et Cælos. Ex tertio elemento, seu ex particulis striatis terram plantas, lunam, et planetas a sole distantes, quos secutus Anaxagoras supponit Componi ex montibus, vallibus, maribus et fluminibus. Hæc materia la prin

cipia semper divicibilia manent, et ideo ut a illo in loco dicimus corpus constituit per hunc dimen- sionem, quam per proprietatem essentialem materiae, quam etiam a tenta absoluta potentia Dei impenetrabilem considerat, quia iuxta ipsum Cartesium materia, extensio, et spatium eadem omnino est res diversimode ape- lata.

Nomine formae intelligi quandam combinationem par- tium materiae, et complexionem horum quinque accidentium motus, quietis, figurae, situs, et magnitudinis; ita ut omnia corpora inter se substantialiter non differant, sed tantum accidentaliter ratione praedictorum acciden- tium. In plantis, et brutis nullam admittit animam, nec vegetativam, nec sensitivam; sed de hoc in physica particulari cum Deo dante agemus. Haec omnia fun- damentum habent in libera Cartesii tertia parte principio- rum numero 15, et tractatur de lumine an autem Cartesius huius systematis autor habendus sit, vel an eo demo- crito vetustissimo philosopho illud acceperit quivitam sci- entiae philosophi.

Nos autem licet in modo fateamur differentiam a democrito, quo ad substantiam vero opinionis ab illo minime dissentit. Quod ita sit nostra resolutio: Systhema Car- tesianum est reiiciendum, quia involvit contradictionem, et plura dixit minus vero similia. Probatur primo: Cartesius nullum admi- serit possibile vacuum; sed ex suo systemate de facto

vacuo: ergo &c. Phae^m minor: Sisthema Cartesii assumit materiam unam eamdemque, ac postea divisam in plures partes, quarum quaelibet angulis praedicta fuit, et per motum celerrimum circa suum centrum prodit materia subtilis; sed ipsa divisio et motus intelligi nequeunt absque vacuo: ergo &c.

Phae minor: quod implevit figuras materiae primum divisae, cum non dum esset materia subtilis ex agitatione causata quomodo partes materiae circa sua quaeque centrum potuerunt moveri, cum plena essent omnia: ergo &c. Dicunt Cartesiani quod divisio non fuit ante motum, sed una fuit divisio et motus, sicque semper fuit materia subtilis a motu causata, ut repleret figuras, sed antequam refelamus hanc responsionem explicandum est iterum quid dicat Cartesius; ipse enim ait partes materiae primum habuisse multos angulos, multaque latera, quando divisa fuit prima materia tunc per motum rotationis abrasos fuisse angulos et latera. Tunc: quando fuit prima divisio materiae partes habuerunt angulos: quando fuit motus rotationis partes materiae fuerunt sine angulis: ergo vel divisio praecessit tempore motum; vel si simul, partes materiae habuerunt, et non habuerunt angulos.

Tunc iterum ex suppositione quod ibi motus est duplex alius motus primae divisionis materiae unitae in partes angulos habentes, et alius motus rotationis auferens angulos ab illis partibus; sed


Cartesiani affirmant materiã subtilẽ seu scõbẽ ex motu rotationis oriri: ergõ divisio p̃ma fuit ante hunc motũ. Propter quod ipse Cartesius asserit in illo tunc om nes partes esse equalis magnitudinis, quare postea in mu tarunt figuras, si in p̃ma divisione existebat materia subtilis explens figuras? ut solvat hec argũta recurrit Cartesius ad indefinitã desinitionẽ materiẽ ostilibus suiẽ claræ ideæ. Cũ ex una parte dicat, qđ illud de quo ñ habetur clara idea falsũ ẽ, et sedã parte principiorũ inquit quamvis autẽ quomodo fiat indefinita ipsa divisio materiẽ cogitatione comprehendere nequeamus; ñ ideo tamẽ deve mus dubitare qđ fiat.

Dico sedõ 2õ ratione. Cartesiani affirmant hodie servari in tota materia eamdẽ quãtem motus, ac Deus p̃mo ipsi materiẽ im pressit; sed ex hoc se quitur ti eiusdẽ motus partes sedi, et tertii elementi Car tesiani continuo mutare figuras: ergõ &. ex hinc sequitur solẽ et stelas fixas celos et corpora terrestria continuo inmutari. et ad hoc dico materiẽ nunc ñ devere muta ret figurã qã ẽ materia subtili p̃mi elementi replen tur spatiola vacua; sed responsio ipsa ẽ petitio prin cipii: qa si particulẽ p̃mi elementi ex continuo motu comminuta variantq̃ figuras, quare etiã particulẽ se cundi et terci continuo suo motu ñ comminuentur et figuras variant.

Dico tertio: iuxta Cartesiũ particulẽ p̃mi elementi celerrime moventur a sedo elemento

tardius motu; sed hoc implicat in doctrina ipsius ergo &c. Probatur minor: iuxta ipsum partes sedo principiorum numero 60 Corpus motum a manu non potest Celerius moveri quam a qua impellatur a motu manus: ergo &c. Respondent ex Cartesio tertia parte principiorum numero 81: quod sicut aer, qui a potius orificio egreditur Celerrime movetur, et si impellatur a lateribus follis, quae tardiori motu Comprimuntur. Sic similiter particulae primi elementi. Sed non valet effugium quia ratio impetus aeris oritur ex precione, et angustia orificii follis; unde et reciis tertia exitus augetur impetus at vero particulae primi elementi exitum sibi ubicunque reperiunt.

Probatur denique ex variis absurdis: materia primi elementi est substantia et Corpus, et tamen nullam habet figuram. Secundo: Cartesius nullam rationem adducit ad probandum ita esse, neque de explicatione phenomenorum namque omnes alii tam antiqui quam moderni philosophi gloriantur. Tertio: Cartesius libro de metodo ait: se non proponere Systema quod de facto sit, sed quod possibile est esse, et sibi me Contradicit epistola 37 secundae partis namque ait de mortuase non solum possibile esse suum Systhema, sed quod aliter evenire non potest.



ARGUMENTA SOLUUNTUR

Arguitur primo: Sistema Cartesianum reiiciendum non est si illud sufficit ad constitutionem omnium corporum naturalium; sed ita est: ergo &c. Probatur minor: tria sunt genera corporum; lucida quae lucem effundunt, diafana, quae lucem traiiciunt, et opaca quae lumen remittunt; sed ad haec omnia sufficit Cartesianum Sistema: ergo &c. Probatur minor: ex 1° elemento lucida conficiuntur, ex secundo diafana, ex tertio opaca: ergo &c. Respondetur: haec omnia facile negari propter dicta in conclusione et nunquam probabunt Cartesiani lucidum et diafanum ea habere natura, ut ipsi illis tribuunt, et licet corpus opacum ramosis partibus constet, non tamen ut explicantur a Cartesio, et illud probet.

Arguitur 2°: per Sistema Cartesianum melius explicatur natura et origo

sensibilium: ergo &c. P. Ant: melius explicabitur natura et
origo sensibilium per id per quod melius explicatur motus;
sed in systemate Carteciano melius explicatur motus
ergo &c. primum Carteciani elementum dat motum corporum
: ergo &c. P. ant: primum Carteciani elementum implet po
ros minutissimos rerum ergo &c. Resp. Haec omnia in
gratis continget Carteciani, nec satis probari; unde
credendi non sunt, quo minus demonstrent aliqua ra
tione solida motum causari a primo elemento, ceteraque
omnia fere nomen naturae rectius explicari per Carte
ciana elementa.

Arguitur 3°. possibile est systema
Cartecianum: ergo &c. Probatur Ant: Cartecius parte quar
ta principiorum ait: quod assumit ea assumit, quae etsi
si manifesta non sunt tamen esse possunt: ergo &c. Resp.
imprimis negando primum ant, quia non omne possibile de facto
est admittendum, nam possibilis est alius mundus, et de facto
non datur. Resp. secundo: numquam Cartecium demonstrasse
possibilitatem sui systematis, cum contradictione a
nobis ulterius possitas salvare nequeat; unde dato quod
omne possibile admittendum sit negamus systema
Cartecianum possibile esse.

Arguitur quarto: illud de quo
datur clara et distincta idea est admittendum; sed
de systemate Carteciano datur: ergo &c. Probatur minor:
facile intelliguntur quomodo elementa Carteciana sint
omnium corporum materia: ergo &c. Resp. imprimis negando

Supocitu, nempe, quod Clara et distincta idea Car
teciana sit apta diiudicande Veritati Cuberiq
ut Constat ex loga. Replica Secdo: admisa maiori
negando minori minorem ea quod non ponimus habe
re Claram et distinctam ideam, de illo de quo manifesta
Contradictio sequitur, Cum autem ut ex probationi
bus Constat Cistema Carteciani manifestam in —
Cludat Contradictionem: inde est &c.

QUE TODE
MATERIA DE
ERITATE EX
PONENS ATTE
MAATEMISTA
RU M

Petrus Gazendus Sacr. theogie Doctor Cathe
drali Dinencis in Galia Canonicus natus fuit
Circa annum Domini 1592. iste ergo produxit de
novo

physica democriti, et epicuri docmata, ab innume-
ris erroribus, quibus respersa erant, expurgata
dedit Christianis philosophis admittenda. Principia
omnium rerum Corporalium stavilivit in athomis,
pro illis intelligens quaedam sublilima Corpuscula
solida, et simplicia; seu extensa, et figurata
diversis figuris, et extentionibus, physice autem in-
divisibilia, quae sunt ultima in quibus Corpus reso-
lubile est. Hae athomae habent iuxta illum virtutem
motivam intrinsecam, ut variis motibus versus diversa
loca moveri valeant; hancque virtus motiva illis a Deo
in prima Conditione Communicata fuit, ita ut alio
modo allio non egeant.

Hac supposicione Corporum
essentiam Constituit in aptitudine seu Capacitate
ad motum, et quietem. Attamen discipuli Gassendi
inter se non conveniunt; alliqui enim ponunt atho-
morum diversitatem in figura, quantitate, gravitate,
et motu: alii vero dicunt se ipsis differre per
suam simplicem substantiam materialem absque additio-
ne allicuius formae substantialis; ad modum quo
unus Angelus ab alio specifice differt per suam
simplicem entitatem. Hinc inferunt omnia Corpora
ex Athomis Compaginari tamquam ex primis princi-
piis; omnesque generationes, et mutationes ex va-
ria dispocitione, et Convinatione athomorum re-
sultare; sicut formantur variae dictiones ex diver-

-citate Convinationū earūdem liberarum

Athomistae Sicut
et Carteciani omne negant animae Sensativae et ve
getativae in brutis et plantis. Modus autē quo
explicant motus, et Sensationes illorū in phisica par
ticulari tradendus ē. omnia escludunt accidentia
absoluta; Sicut et formas Sustantiales, Solū quae
admitunt deversas modificationes, in hoc quae
distinguitur vnū Compocitū igneū ab aqueo vg.
Alliq athome dicuntur reotundae, et orbiculatae,
ut Athomi ignis et lumini; Alliq quadratae, et Cu
bicae, ut Atomi terrae; alliq inflecciles, et rigidae,
anguli que praeditae, ut particulae Salium; alliq
flecsibiles et flecsiles, ut athomi aquae; alliq tra
duntur hamuli hornatae, ut philamenta olei;

Inter vnam
et alteraq atomum admitunt vacuolū, qd ex
epicuri sententia videtur necesariū ac divitio
nē atomorū. His ita omisis delirramentis Epicu
ri, et Democriti circa eternitatē athomorū, et
accipiendo Cisthema athomisticū ut Cristianiza
tū a Garzendo dicimus: Cisthema athomisticū
admitendū n ē. Prob. pmo ratione: in Cistemate
atomistico duo habentur Contradicentia: ergo
Prob. an: in tali Cisthemate afirmatur atomos
esse extensas, ac diverssimo figuratas, et ex allia
parte indevicivile esse sed hac inportant

contradictionem ergo &. Probatur minor: non aliter explicatur figura
nisi ex positione partium, sed iuxta athomistas
Athomi non habent partes: ergo &. Probatur secundo
Athomorum figura nec ex visu, nec ex effectis
potest Colligi: ergo &. Probatur prima pars: si ex eo quod
guttae aquae videantur rotundae athomi aquae
deberent rotundae, ex eo quod triangulus videatur ha
vere tres angulos, quaelibet pars illius haberet
tres angulos, hoc est ridiculum ergo & 2a nec ab effec
tis: effectus enim a moleculis, seu minimis phisicis pro
cedunt; non vero immediate ab ipsis atomis, quia una
atoma in alteram atomum, nil operatur: ergo ex effectis
molecularum tantum figura Colligitur, non tamen a
tomorum. Et dicant athomistae, quomodo insensibi
le possit causare sensibilem figuram cum sensus
qui iuxta ipsos est Criterium veritatis tali opi
nione non suffragetur. Probatur tertio: aut athomi sunt
eiusdem naturae, vel non. Si eiusdem naturae etiam si diversi
mode et componantur non possunt facere composita
naturalia specifice diversa; quia ex partibus ho
mogeneis, et similaribus nullatenus fit fer
mentatio, ut patet in Spiritu vini, et aquis
[illegible]. Si sunt diversae naturae et componuntur
materia et forma, et est Systema aristotelicum
aut ex diversitate figurarum oritur diversitas

Si sedj & hec figura Convenit atomis essenter & accidenter
Si primus quod devent obstendere atomus hoc, nq
nulla alterius rerum figura ipsi Convenit ess
entialiter. Si sedj: ergo atomi sunt mutabiles.
Alliqui ut evadant
difficultatem dicunt: non ipsas atomos esse prima prin
cipia naturalium Corporum; sed moleculas quasdam
ex partibus realibus Compactas. Sed hoc est dicta
mente Democriti, et Epicuri ut ait Huminum
a quo describitur libro quarto preparationis evan
gelicae per hec verba Democritus, quem Epicurus
longo intervallo secutus est, rerum principia sta
tuebat Corpora quaedam individua, quae ratione Ca
perentur, Vacua haberent nihil, sine ortu, sine
interitu, sempiterna, quae nec frangi, nec multis
partibus Constaret, nec omnino mutari, sed
mente sola Videri, similiter Gassendus



Arguitur pmo: illud Sistema ē admittendum quo rectius explicatur Creatio; sed ita ē Sistema atomisticum: ergo &c. Proba minor: Sole athomi sunt quæ vere ex nihilo creantur: ergo &c. Proba ant: Sole atomi partibus n̄ constant, ex quibus, tam quam ex præ supposito subiecto formentur ergo &c. Respondeo: quod ex eo si atomi n̄ admittantur proptl rationem probatiua ad hunc Vera et rigorosa Creatio salvatur in materia pma, quæ fit nullo præ supposito subiecto, qa nihil existentiale præcedit ad Creationem illius.

Arg 2º omnia Corpora resolvuntur in ea ex quibus componuntur; sed resolvuntur in atomis: ergo &c. Proba minor: triticum resolvitur in farinam, lutum in pulverem, lignum in cinerem; sed hæc omnia atomi sunt: ergo &c. Proba minor: atomus ē Corpus minutissimum et simplex, sed ita sunt cinis et pulvis ergo &c. Resp: verum esse omnia Corpora in minutissimas particulas resolvi, quæ oculos effugiunt, sed has esse atomos minime admittimus. farina, pulvis, et cinis sub oi sue latitudine ex partibus constant unde n̄ sunt atomi. Moleculæ vero ex quibus prædictæ res constant materiam 1.am et formam substantialem habent.

Arg 3º si res Corporeæ indivisibilibus n̄ constant darentur in finitum in Creati actualiter; hoc implicat ergo &c. P. maior: quælibet res partibus divisibilibus constant

ex infinitis coalescere: ad 8. Ad argumenta resp.
n̄ esse huius loci inquirere an dentur in Com
positione Corporis Continui infinite partes;
de hoc tractandum erit alio in loco pro nunc
sat sit dicere n̄ intelligi atomos extensas sine
partibus, figuratas sine partibus, extensas et in
divisibiles. quæ attinent ad situm relativum seu
Combinationem qm̄ admittunt atomi in Com-
positis naturalibus refutabuntur dum de Siste
mate aristotelico agemus.

Quæstio Decima quarta
Disertatio Chimicorum
Sisthema expli
cans

Chimicorum, seu Spagiricorum Sisthema tendit ad
enucleandum Corporis naturam ex eiusdem resolutione,
hoc principio fulcitur, quod ē primum in Compositio
ne ē ultimum in resolutione. Verum utuntur chimici

Cimbalicis ignoti fere omnibus, chichimici non sunt, et dum contendunt ex imperfecti convertere perfectum Corpus plura naturalia arcana detexerunt sed non ita felici eventu circa principia. Quae agnat hiis nominibus apelant Salem, Sulfur, Mercurium, terram, et aquam seu flecma. Hoc variis specimentis conantur patefacere.

Precipuum specimentum sic faciunt vinum in arenvico clausum moderato igni imponunt. Huius autem moderati igni verbile elicitur primum ex vino liquor quiquam subtilis, penetrans, et inflamavilis, qui e cuculvita in capitelum alamvici in vaporis forma abtitur illique primum adherit; mos vero in mare copia ad alium quitabim in subiectum vas stilatur; atque hunc liquorem mercurium, seu spiritum vini inflamavilem seu aquam ardentem apelant.

Secundo ecapitur umor quidam incapibus, qui vix difert ab aqua, et flemma vocatur. Post vinas has distilationes allio in vase reponunt quod in ambelico remanet, et huic vaci retorta apelata maius imponunt igne; et primo eliciunt allios duos liquores prioribus non acsimiles; postea vero cosus quidam et inflammavilis fetens umor, quem oleum crasum, seu Sulfur apelatur. Masa vero illa, quae in fundo retorte permanet apud igne conburunt, atque

illum Cineribus in Vas terreum Conjecti ipsae ferri

de aquae Copia effundunt, quae Salinis illarum Cine

rum partibus imbuendis sufficiat. Tunc aquae Salibus

Saturatae in aliud vas per Chartam bibulam per Co

lant, qua deinde levi Calore in vapore Sublata,

Sal in fundo vasis relinquitur; materia autem illa,

quae Chartam transire nequivit dicitur terra damna

ta, seu Caput mortuum, et post ad nullos usus de

serviunt. Ex hinc deducunt haec esse principia

materialia naturalium Corporum; Combinationem vero

horum esse illorum formam. Alleque chimici aliter di

currunt, dicendo: tria esse principia Corporis, terram,

quae est materia mercurium, qui est forma, et flemma,

quae est Unio. Alii vero duo tantum: accidunt, quod

est Caput sapidum, et Alcali quod est Corpus alio-

sapore donatum temperans acidum in Corporibus accidi. Partes in quibus reperi

tur alcali dicunt Sales Alcalicos, et dividunt

in alcali fixum, volatiles, acre, incapidum. fixum

ex Cineribus herbarum praecipue eruitur. Volatile

deprehenditur in Sanguine, Spiritu Vini, et Cimi

tibus. Acre in Calce, et licivio. Incipidum in Co

ralo, arsenico vivo et &c. Alii chimici tenent Salia

principia non esse prima in Corporum Constitutione,

sed secunda. Hic ita hanc proponimus Questionem:

Chemicorum principia Corporis Constitutioni

nec primario, nec secundario conveniunt. P. pmo
Dcio: illa n sunt principia, que in omnibus nxe
reperiuntur; sed ita accidit in agcinali a chimicis,
qa teste Lamerii ex auro, argento, talco vene
to, lapide ocistrago, et fusivile arena n eliciun
tur sale, et sulphura: zg &.

Plus sedo: principia
chimica in simpliciora substantia resolvuntur
zg. P. Ant. ex autore philophie Burgundie spi
ritus vini inflammabilis per magnam partem resol
vitur in aque, et sale volatile; et spiritus aci
dus chemicorum atte chimica in sale fixo, et aque
resolvitur; oleum crassum pariter in terram, aquam, et sa
le volatile abit, et iuxta Laquerum sales fixi
resolvuntur in aque et terra: zg &. Denique: spe
rientia compertum e chimica principia esse corrup
tioni obnoxia: zg &.




[illegible] pmo Cor

pora Componuntur ex chimicis principiis, si Cor-
poribus in sunt proprietates talium principiorum;
sed ita est; ergo &c. P. minor: Color odor sapor -
volaptilitas inflammabilitas sunt proprieta
tes illorum; sed hec in sunt Corporibus: ergo &c.
R. ad argumentum: quod Color non est proprietas alicuius
chimici principii, cum omnibus conveniant. Vola
tilitas tibus. Plura mixta nullum emittunt odorem,
multaque quæ inflammabilia sunt sulfure
Carent, ut Constat ex eo quod ex paleis nunquam
chimici sulfur educere potuerunt. Arg. Sedo:
unumquodque Componitur ex in quæ resolvitur; sed resol
vuntur in chimica principia: ergo &c. P. minor: Cor
pora quæ magis resistunt resolutioni sunt vitrum
et aurum; sed resolvuntur in chimica principia;
ergo &c. P. minor: Voile, et Honbergeus dosent
vitrum evaporari in furnis Vitrariis, et aurum fuisse
arte vitrificatum: ergo &c. R. falsum esse aurum, et
vitrum resolvi in chimica principia, eo quod evapo-
rentur. Cum calcinationi a hombergeo facta, obs
tendit assequerem fieri apparientis aereus in du
rentibus auro Constans ut ipse specibus est. Au
rum enim nec ope ignis vehementissime potest di
solvi, sed ad summum precipitari. Argr 3.º ex
legibus naturæ requiruntur in omnibus mixtis

principia chimica rg &c. P. ant: requiritur terra, ut vaci; aqua quę vectat partes substia sub tilis intime Resolubiles, ut spatiola inter partibus Corporum repleantur; principium altivum, quę partes moveantur, et actionem impelant. Denique requiritur pars volatilis, quę per totam marem discurens separet ea quę non pertinet et rem ipsam fermetet, sed hęc sunt Chimica principia rg &c.

Resp. ad sequitur qd licet in mixtis dentur illę proprietates n orientur a principiis chimicis; Concrulentia valet desumi a partium figura et Contextura. Aqua potest multa per alię vnire, sed hoc n probat esse rem Comne nate. Spatiola inter partes Corporum repleta sunt aere, et subtiliori etere; licet n negamus in aliquibus particulas aqueas, et salinas reperiri. forma denique substantiali determinata exigit partium dispositionem, partes q Cohordinat, et principium est motus, cui multum confert partium figura, et subtilitas.



Disertatio Aristotelica
in qua aristotelicum
sistema exponitur et
Ubi, et aquibus princip-
aliter ad nihilum
fuerit in Dica-
tur.

Iam ad expli-
cationem aristotelici sistematis, seleris expositis
accedimus. Conveniunt aristotelici omnes in eo quod
pma principia naturalium corporum, seu ea ex
quibus omnia entia corporea constant sunt materia
pma, et forma substancialis. Materia pma sic
definitur ab aristotele libro 1. phisicorum propositio-
nem: dico materiam subiectum uniuscuiusque ex quo
fit aliquid cum insit non secundum accidens, et si co
interpretatur in hoc abivit at ultimo, et septimo
metaphisicae: neque quid neque quale, neque
quantum, nec aliud quidpiam eorum quibus ens
determinatur; sed est quod dequo singula
eorum predicantur.

Subsistit H. D. in secundo 1.

distinctione 12 quæstione 1a tractavit definitionem materiæ primæ: est Substantia ~~materialis~~ in Completa, et imperfecta subjectum primum omnium formarum, et mutationum, ac pars essentialis Compositi Substantialis, vel ut pura potentia in ordine specifico physico.. Hoc tamen ridiculum videtur modernis respuentibus illud, vel ut arabum figmentum. Sed audiant Magnum Patrem Augustinum sic de opinione antiquorum per ipsa lectionum dicentem libro primo academicarum quæstionum: Subjectum putant omnibus sine ulla specie atque carentem omni qualitate... materiam quamdam ex qua omnia expressa atque effecta sint: quæ tota omnia accipere possit, omnibusque modis mutare atque ex omni parte eoque etiam interire, non in nihilum.

Circa formam substantialem sic locutus fuit philosophus secundo physicorum: forma est, quod quid erat esse rei, hoc est, forma est illa pars essentiæ rei, qua res constituitur in determinato specierum ordine. Vel sic: forma substantialis est actus primarius materiæ unum per se cum ipsa constituere natus. Hæc definitio tantum formæ substantiali convenit, quia forma accidentalis non constituit unum per se cum materia, quia ipsa advenit enti in actu completo. Formæ substantialis proprium est, esse radicem formarum accidentalium, habereque vim exigendi producendi, ac

reparandi Collectionem accidentium, quae Cuilibet Speciei Convenit. Unde varietas effectus, quae in rebus apparet ex diversitate formae oritur.

Quando res essentia immutatur advenien illi nova accidentalis perfectio, ut quando manus ex Calida fit frigida habetur alteratio. Quando res ita mutatur ut faciat aliud Specifice Compositum Substantiale nova forma Substantialis producta, et dicitur generatio; ut quando ex ligno fit ignis. Productio autem ipsius formae substantialis vocatur eductio, atque dicitur a peripateticis formam educi de potentia materiae; et licet modus explicandi eductionem vix percipi valeat, Clarior (meo videri) extraditur a Dno Froo Sli-inquarto distinctione 4 q 1 numero 18. per haec verba: formam autem materialem dico esse omnem illam quae ex materia sua necessario inclinatur naturaliter ut sit actus materiae sive substantialis, sive accidentalis.

Aliud enim est fieri ex materia Constitutive, aliud vero praesuppositive, primo modo imago fit ex ligno. Secundum est: formam exigere produci in materia praesupposita cum aliquibus Conditionibus; Unde forma in fieri, et Conservari a materia dependet. Liquet Creationem esse productionem rei ex nihilo sui et subiecti; generatio vero ex aliquo Subiecto ubi advertite formam rationalem

non esse eductam quia cum sit spiritualis et per se subsistens, et a materia independens.

Concedunt peripatetici dari minima physica integrantia corpora, quae modo omnia materia prima, et forma substantiali tanquam partibus essentialibus constent. Concedunt etiam quodlibet corpus habere determinatam molem ad propriam actionem, et effectum; sed a forma substantiali oritur cuiuslibet corporis motus. Exemplo res clare fiat: igni vi caloris primo disponit lignum, tunc expellendo ex poris illius frigida corpuscula, et destruendo frigiditatem eiusdem; tunc partes ligni agitando.

Tunc plurima ignita corpuscula ab igne egredientia penetrant ligni poros; atque hinc sequitur, cur ignis forma apparet piramidalis, quia ex propria levitate facilius, et abundantius corpuscula sursum emittit. Porro haec ignea corpuscula, accedente etiam dispositione piramidali figurae suo motu ligni particulas penetrant, eas dividunt, motumque in illis procreant. Ea vero materiae pars, quae sulfurea, nitrosa, clara et pinguis est, ignem primo concipit, in quo nova habetur formae ignis generatio.

Si autem aliquae partes ligni non sunt dispositae, apte reduntur, tunc,

ex Crasitie ... et pinguedine, tunc ex actione ipsius ignis. Cum autem ignis in ligni particulis excitatus est suo motu partes alias disrumpit; fuliginem, fumumque sursum emittit; aquam, et aeream corpuscula egredi cogit ex poris ligni; atque adeo totum lignum ignescit. Sed alias ligni partes igni minus idoneae, crassitiemque non habentes, in cineres evadunt, quae vim ignis effugiunt.

Hoc sistema ab aristotele inventum esse fatentur omnes peripatetici contra barbadinum, quamvis licet ipse dicat tomo 3 folio 46 quod doctrina aristotelis est ipsa democriti, seu atomistarum doctrina, oritur ex eo quod confundat partes integrales cum partibus essentialibus. fatetur aristoteles materiam esse physice integraliter compositam, sed ex divisibilibus. Democritus omnia ex indivisibilibus tum integraliter quam essentialiter astruit; unde valde distat ab illo, siquidem negat omnem compositionem essentialem ex materia 1.a et forma substantiali. Nec aristotelici cum platonicis conveniunt ut ipse dicit motus quadam Ciceronis authoritate.

Ratio huius est quia licet utraque Scola supponat quoddam subiectum commune, quod materiam apellant: Platonici illud astruunt indivisibile; aristotelici vero integraliter divisibile, ut affirmat ipse barbadinus loco citato. Admittant Platonici

quamdā animā Universalē mundi omnibus rebus prestari esse Specificū; ita ut indivisibili Cuj- sit omnibus dat esse specificū diversū, dicunt enim: mundū hunc esse quoddā animal partibus Constans ad proportionē cuiuscunque animalis. Hoc rident aristotelici. Hec omnia videnda sunt adpud Sanz lomo primo Sapientiæ incarnatæ dia- golo tertio.

3. Huius opinionis ē Sanctus Antoninus qd Citaty. Ab Aristotele acceperunt hoc Sistema disci- puli eiusdem. Sed penitus oblitum fuit; ita quod assi- met Tullius quinquaginta ante adventū Domini annos, vix Peripateticū alliquē inveniebatur; sed tamen ille famosus Romanus, Aristotelicā doctrinā maiori ex parte fuit amplexus tempore enim Arabū Aristotelis philosophia revixit, ipsis tradentibus proprio idiomate opera hu- ius philosophi. Et licet Michael à Sancto Joseph in sua Bibliographia verbo Aristoteles, affirmet, in hac tradu- ctione corrupta fuisse Aristotelis opera, non ē unde id probet quia non assignat alliquod verū exemplare, ex cuius collatione recte inferatur corruptio.

Similiter affirmat Pater Feijoo. Sed non meliori eventu cum nullibi ponatur littera genuina, ex qua inferatur de- probatio Scriptorum, et tota antiquitas stet pro tra- ductione Arabica. Plures damnata fuit Aristote- lis doctrina, sed non propter Sistema eomodo ex

plicabo, sed propter rationes illas, quas tradit P. Ferrari in suo Cursu philosophico tomo 1.o in proemio, ubi eas videre potestis. Hoc sistema amplexi sunt a seculo 13.o usque ad presens omnes scolastici Thomistæ Nominales, et alii plures.

Dico ita. Sit Dico: Sistema Aristotelicum circa compositionem corporis naturalis, ut supra explicatum manet. Celeris est præponendum. P.a 1.a materia 1.a omnes philosophi conveniunt nil naturaliter anihilari, nec naturaliter creari: ergo in generatione datur subiectum ex quo fiat, et in destructione subiectum quod permaneat. Quod hoc subiectum sit materia in sensu Peripatetico. Probatur probando formas substantiales entitative distinctas à materia. P. hoc dantur novæ generationes substantiales. V.g. ex ligno fit igni; sed ipsæ generationes producunt novam entitatem substantialem ergo &.a

Peter mixt.: generationes illæ non habentur ex sola textura, et combinatione partium materiæ: ergo &c. P. Ant.: generatio distinguitur substancialiter a simplici formatione; sed hæc distinctio arguit in generatione productionem novæ substantiæ: ergo &.a P. mixt.: combinatio textura rerum precisè sumptarum non esta distincta a simplici formatione, alias artifex formans crologiam ex diversa textura partium

discerbitur illud generale, quod ridiculum videtur ergo &c.a Vel sic: Corpora naturalia specifice differunt, et essentialiter: ergo ex diversitate formae. Respondent: sufficere ad distinctionem generationis a simplici formatione quod res genita sit ex partibus materiae praeexistentibus in generante, non sit res formata.

Contra

productio est ratio univoca creationi, et generationi; sed productio ex se non dicit continentiam alliquod praecidens in producente: ergo nec in generante. Patet hoc, quia quod est essentiale generi etiam speciebus. Item si medicus ex humoribus, vel ossibus suis alliquod medicamentum faceret tale medicamentum diceretur genitum ab ipso; sed hoc est falsum: ergo &c.a Alii respondent generatio distingui a formatione, quod prima fiat per partes essentiales, secunda vero per sencibiles. Contra: haec non est essentialis distinctio quia tantum est relative ad sensus nostros. Alli denique respondent, quod distinguntur eo quod generatio est mutatio totalis, formatio tantum partialis.

Contra unius vel alterius accidentis mutatio non potest ponere essentialem distinctionem: ergo &c.a Probatur. Contra: uni vel alteri repugnat essentialiter distinguere: ergo et collectioni

omnium, Pr. Contra: hæc argutatio valet huic rei inanimatæ, et illi, et illi, repugnat constituere animalium: ergo et collectione omnium inanimalium repugnat, similiter in nostro casu. Item: accidentia sive divisim, sive conjunctim sumpta sunt accidentia: ergo non possunt facere substantialiter differre. Dices pro modernis Peripatetici ex varia accidentium collectione inferunt corpora essentialiter differre: ergo sufficit collectio accidentium ad distinctionem substantialem.

Et facile respondetur: ex eo quod ait Peripatetici collectionem compositorum non repetamus ex diversitate collectionis, sed ex diversitate formarum; quas inferimus aposteriori ex diversitate accidentium, non tamen collectio sit ratio specificans unam formam ab alia, sed sic quasi indicium, quod sub illis accidentibus existit una forma specifice diversa ab alia, quæ latet sub alia collectione accidentium. Unde diversa collectio apriori infertur ex diversitate subtilis formarum, diversitas formarum aposteriori ex diversitate collectionis, quod omne et sequenti probatione amplius constavit.

P. Secundo dicto ratione: in corporibus naturalibus datur radix exigitiva, et concertativa

determinate Colatione accidentis Sensibilis; sed hec ē forma substi: ergo &c. Maior patet experientia: nam aqua Calefacta reparat sibi quod naturale frigiditatem. Probatur m. materia n ē radix Conservativa et exigitiva tali Colatione, quia ē indiferens ad omne accidens et ad quamlibet Colatione: ergo &c. Ad hoc respondent aqua reducit ad pristinam frigiditatem a quibusdam partibus frigidis, quae in eadem aqua reperiuntur. Alii quod ab aere ambiente. Alii quia Corpuscula Calida ebolant, et aquam relinquent. Hoc exemplificant exemplo quae lurida recuperante Claritatem per separationem partium terrestrium. Similiter in eucharistia post Consecrationem si species Calefiant reducuntur ad pristinam frigiditatem; et tamen ibi n datur forma subst. Dico primo: si essent particulae frigidae in aqua Calida essent pausae respectu Caloris: ergo &c. Secundo: si aer frigidus ambiens aquam illam fuisse faceret, aqua exposita aeri frigidiori prius recederet ad frigiditatem; sed experientia contrarium docet, quia si proponatur radiis solaribus prius frigida fit: ergo &c. Nec exemplum valet, quia particulae terrae, se sante mote ad proprium sentium redeunt gravitate naturali. in sacramento Deus supplet defectum formae, sicut et materiae

P. tertio Dico rari

Si forma Substantialis tantum Consisteret in Combinatione partium ex quolibet fieret quodlibet quia materia esset eadem: sed hoc est falsum: ergo &. P. maior: quia eadem est cera faciens Circulum, ac faciens triangulum, et triangulum fit Circulus et Circulo triangulum: ergo & Item ideo probant moderni solum talem Sufficeret, quia sic Speciebus in artificialibus; sed haec ratio non probat: ergo &. P. m: licet multis artificialibus sic sit, in reliquis etiam determinatis haec ratio non probat quod motus naturalis sit: ergo &.

ARGUMENTA SOLUUNTUR

Arguitur primo: non Sunt multiplicandae entitates absque necessitate sed nulla est necessitas formae Substantialis: ergo non dabitur. P. m: tali formae Substantiali: ideo-

esse necessitas ut Composita essentialiter differant. Sed ad hoc n: 2° & a ssi n: m: per solam novam Combinationem, seu dispositionem partium stat essentialis diversitas Compositorum 2° &a. P. ant: ex ferro diversimodi disposito fit Catena clavus malleus &a. aqua resolvitur in nives, salem, et spumas. lutum in lateres. Coralium dum e in aqua est planta, et extra fit lapis: 2° &a. Confirmatur ex arte chimica ex veneno fit saluberrima medicina: 2° &a.

Resp. ad negatur quod illa artificialia inter se essentialiter n differunt, sed tantum accidentaliter ratione figurae; at Corpora naturalia essentialiter differunt; nisi quis velit dicere malleum et ensem essentialiter differre, sicq; possemus affirmare eodem modo distingui malleum ab ense, quam hominem differt a bruto. Valet enim ex malleo fieri ensem, et postea ex ense fieri malleum, sed quis dicat ex homine fieri brutum, nec e Di. S. Admodum quis, in sententia Atomistarum ex atomis omnis figurae n possunt fieri Composita omnia, sed tantum eiusdem speciei cum ipsis. Aqua &a tantum accidentaliter differunt. Sal n fit ex aqua, sed in ipsa prius continebatur dispersus, postea quae coadunatur. Idem dicendum de luto, et lateribus.

Ad exemplũ Decoralatum dicitur a pluribus ex li-
bris in dicem Coralij tam intra aquã quã extra
aquã eamdẽ habere duritiẽ; sed admisso, sive molle,
sive durũ sit n̂ apparet in illo mutatio omniũ afectio-
nũ, quare n̂ ocurrit nova generatio, sed duratur salibus,
quorad se atraxit ex aere. Peisonel, et Marsuoli negant
illud esse plantã nec habere verus flores. Ad ultimum
dicitur, quod arte chimica n̂ sit nova generatio, sed
amplificando activa passivis ipsis res naturales Cau-
sant illum medinales efectus.

Arguitur sedo: solus
Deus Conservat res Creatas: ergo formæ substan-
tiales â solo Deo Conservarentur: ergo â solo
Deo crearentur. Confirmatur agens naturale n̂ potest
dare existentiã formæ subst.: ergo &c.a Pr. ant: omne agens
nãle nullã habent Connetionẽ cũ illa forma absoluta: ergo &c.
Pr. ant: quæ sunt Contradictoria nullã habent proportio-
nẽ; sed agens nãle, et forma sunt Contradictoria: ergo &c.a
Pr. m: quod existit, et quod n̂ existit sunt Contradic-
toria; sed agens nãle existit, forma verô antequã pro-
ducatur, n̂ existit: ergo &c.a

Resp. ad argum. qd omnes
Creaturæ ita esentiae sunt a Deo, ut in fieri, et Conservari,
esentiâe ab ipso pendent, sed etiã pendent ab Causis secũ-
datiæ ut acepta ab illis existentia possit sine illis
existere. Non sic sere Concursu Dei,

qâ absque illo Conservari n̂ valent. Ad confirm̂ di-
citur qd si tenerent probaret, Deus n̂ posse Creare mundum
antequam ipse Crearetur, qâ nulla esset proportio in-
ter Deus existente, et mundum n̂ existentem. nisi forte
dicant: Deus n̂ posset Creare mundum, ita ut Abso-
luta ebadat qui Atomista dicitur. Eodem modo dis-
currimus de Causa, et effectu; proportio quae re-
quiritur inter Causam et effectum ê tantum quoad prae-
dicata essentialia, et specifica, n̂ tamen quoad exis-
tentiam.

Ad 3m: in productione Corporis naturalis nil
aliud ê nisi nova dispositio materiae: ergo &c. P. Ant:
ex diversa Combinatione atomorum resultant omnia
Composita naturalia specifice diversa: ergo &c. P.
ant: ex literis alfabeti sic et sic dispositis for-
mantur 29523279939041740841761860
9614352000000000 Dictiones: ergo a simili. Ad Ant
quibus responsum fuit de Systemate atomistico de li-
teris exemplum n̂ valet si enim n̂ sint Sono diversae ipsae
n̂ possunt diversas dictiones: unde similiter particulae
materiae deberent esse essentia diversae ut possint Con-
stituere Composita essentialiter diversa. Deinde si-
cut dictiones tantum accidentaliter differunt, sic
similiter differunt Corpora naturalia quod nu-
llus dixit.

Sed urgent. Mundus ê Compositum
nâle substle; sed nulla habent formam subst.

ergo Dico. Resp: disparitate esse quod mundus tantum dicitur Compositus materiale, quatenus ex naturis Substantiis Constatur, et ut ex partibus integrantibus, quae invicem essentialiter, ac Substantialiter distinguuntur. Mundus est aggregatum quoddam per accidens requiritur se ipsum habet universale aliquod principium motus, et quietis. Fabulosa ergo est illa anima mundi quam Helmontius et Paracelsus somniavere.

Ad 2. Si ad esse formae Substantialis Corpus non Componeretur ex ea: ergo ~~ad~~ Probatur Antecedens: tali forma esset Composita ex materia: ergo Dico. 2a Probatur antecedens: tali forma esset materiale; Sed forma materialis est Composita ex materia: ergo Dico. Probatur minor: omne animal Componitur ex animalitate ergo a simili. Resp: argumentum esset aequivocum nam aliud est esse materiale aliud est esse materia prima, et si materia prima includat esse materiale, materiale enim tantum dicit pluralitatem partium in quo se se niteur ab spiritu; at materia ultra hoc dicit potentialitatem unde Lactius patet esse materiale quam esse materia prima.

Ad paritatem: dicitur quod animal et animalitas vere essentialiter sunt, nec unum Lactius patet quam aliud. Non sic de materia et materiale. Paritas sic valet: non datur animal absque animalitate: ergo nec materiale absque materialiter quod Concedimus

Dicunt: omnis substantia et spiritus: ergo omnis sub-
stantia materialis est materia. Respondeo quod materia sumpta duo dicit,
et habere partes, et esse potentiam. Primum convenit
formae materialis ad distinctionem formae spiritualis non vero
secundum; at spiritus, et spirituale vere dicuntur ca-
rere partibus, et ideo omne spirituale substantia est spiritus.

Arguitur 2°: forma sub-
stantialis est superflua: ergo &c. Probatur Antecedens: per solam
combinationem lactis fit caseum, butyrum, et serum
specifice diversa: ergo &c. Similiter: ex eodem tritico
fit furfur farina. Ex eadem farina massa, et panis. Ex
pane chylus; ex chylo sanguis; ex sanguine caro.
Ex semine lini fit linum, ex lino filum, ex filo
panni, ex panni papirus; sed in his omnibus mu-
tationibus non datur forma substantialis, sed tantum diver-
sa textura: ergo &c. Confirmatur: ex sulphure sale
petre, et carbonibus fit pulvis pyrius per solam
diversam combinationem: ergo a simili.

Respondeo: ad argumentum
in primis: quod in lacte distinguendae sunt particulae sero-
sae ab oleosis et pinguibus, non enim eodem modo cita est
natura lactis in particulis serosis ac in oleosis; serum
nihil aliud est quam liquor quidam, qui simul cum lac-
te generatur, a lacte tamen diversus, quare cum ex lacte fit
caseum separatur lac a sero et caseum nihil aliud est
quam lac condensatum. Deinde tam caseum quam bu-
tyrum fiunt ope artis ex tenuiore congregantis

partes lactis. Ad illud de furfure et farina
dicitur: quod furfur nil aliud est nisi partes Cra
siores, et farina partes Subtiliores tritici: unde
essentialiter se differunt.

Ad exemplum de vino
dicendum est in omnibus illis Compositis non reperi
ri essentialis diversitas, qua experientia docet,
quod mutatio Coloris et Saporis non arguit Substantiae
diversitatem, et haec est Varietas quae reperitur in tota
illa arte facta. Non sic de igne et aqua. Ubi qui
bus insunt tam diversae proprietates et distinctae virtutes
ut nulatenus Conveniant. Ad Confirmationem: quod pul
vis pirius non est unum per se Substantiae, sed unum
per accidens, aggregatum ex illis omnibus permanentibus
in sua natura. Unde si in machina neumatica
pulvis pirius Constituatur ex austo aere, sulfu
re particulae tantum accenduntur, particulis sa
linis remanentibus, quod est signum permanentiae sedum
suae naturae.

Arg. 6. nullum agens Creatum potest quid
piam Creare; sed si daretur forma Substantialis Crea
retur: ergo &c. Pr. mi.: forma Substantialis ex nihilo fie
ret: ergo &c. Distinguo ant.: ex nihilo sui, Concedo
ant.; ex nihilo Subiecti nego ant. Dicta sed fie
ret ex nihilo subiecti: ergo &c. Pr. mi.: licet animal
rationale praesupponat Corpus organisatum a Corpore
non pendet: ergo &c. Resp.: quod Creatio nullum Subiectum

in quo statu supponit forma substantiali suppo- nit materiam, a qua in fieri et conservari dependeat. Anima rationalis cum sit spiritualis ex propria con- ditione non praesupponit corpus, quia per se est for- ma subsistens, potens quoque absque corpore conser- vari naturaliter.

Ad 1. materia, et forma in sen- su aristotelici non sunt perceptibiles: ergo &c.a N. ant. materia non est quid, nec quale nec quantum; forma vero est substantia, et tamen a materia dependet; sed hoc non est perceptibile: ergo &c.a Resp.: quod entitas materiae et formae pro hoc statu clare non percipitur ab no- bis, colligitur tamen ex proprietatibus, et effectibus. Materia aristotelica percipitur per hoc quod sit pu- ra potentia in genere physico; forma per hoc quod sit in materia per informationem, quod ab ea non aufert ratio- nem substantiae, sed tantum indicat esse incompletam.

Praeterea quoque quod: quis non videt Cartesianos non percipere quid sit illa diversa convenientia, et tamen illi affirmant esse formam omnium compositorum, nec reddunt rationem de existentia suorum elementorum, et ea asserunt si aute rident de eo quod dicant aristotelici for- mam causare tale compositum, quia est talis naturae au- diant Magnum patrem Augustinum libro 21° de Ci- vitate Dei Capite 7. dicentem: tota itaque ratio, cur Agrigentinum salem flamma fluere faciat,

aqua cupitare qâ hec ê natâ eius.

Arg.r 8.o forma Corporis naturalis ex Augustino libro de immortalitate animæ Capite quinto, et ex aristotele pmô physicorum Consistit in Combinationi: ergo &c.a P. Ant: Augustinus ait: Si ex albo Cera nigru Colorem dicat, n minus Cera ê; et si ex quadrata q. Rotundam formam sumat et ex molli durescat. Et Aristoteles ait: fiunt autem quæ simpliciter fiunt partim figura Mutatione, ut Statua ere.... alia variatione, ut ea quorum materia mutatur: ergo &c. Et octavo metaphisice: formæ sunt ut numeri.

Resp: Augustinus intendere mutationem omnium qualitatum manifestare sed iecti specificam mutationem et essentialem rerum diversitatem n tamen ut hæc essentiali diversitas in eo sita sit ut tantum pendeat ex Combinatione. Ostendit ivi hominis animam n ita mutari ut desinat esse animus. quod ideo provat, quia cum ratio quæ ê animæ affectio sit immortalis, et ipsam semper stare necesse ê. quantum enim simmens aristoteli-patet ex supra dictis. Aristoteles Comparat formas nâles artificialibus, quæ ad predicata generica; nam sicut artificialis perficit materiam in actu Completo, ita et in suo ordine forma naturalis; n tamen ex Comparatio quæ ad predicata specifica.


Adhuc movent existentiarii per longa in Scholis quæstiones: an materia prima habeat propriam existentiam an expectat omnes formas; an unico a possibili; an formæ Cælorum et elementorum sint eductæ a Creatæ. in præsenti sat sit dicere: materiam primam habere propriam existentiam, quia cum sit Causa materialis formæ, et aliunde terminet actionem Creativam debet existere prius ad formam. Denique Thomistæ non admittentes formæ Corporalis, nec tertiam entitatem a materia, et forma simul sunt realiter distinctæ, tenentur agnoscere moderni terminum sublatem generationis

Articulus unicus de Sistematibus Leibnitz, Neuutonio, et Vlbofi.

Guilelmus Leibnitz Saxo germanus natus anno 1616 atomos quas vocavit monadas omnium rerum principia stabilivit sed negat partibus figuram, et extensionem constare forma materiali juxta illud est quædam prima virtus primigenia, in sensibilis mundo concreata ingenerabilis, et incorruptibilis. Negat omnem

vera generationem, et Corruptionem, multaque perfectae tantum Concedit invo-
lutiones, et evolutiones perfectas praeexistentium; et hoc
eodem modo in animatis, ac in inanimatis. Di-
cit mundum, et quodlibet Corpus nil alliud esse,
quam aggregatum infinitarum animarum
quae nec generantur nec Corrumpuntur, sed
alliquando sunt ex parte perfectae, et dispositae
ad Corporis animationem; alliquando vero so-
pitae in homine non agnoscit animal rationale de
novo Creatam, sed animam sensitivam, ait,
mediante Conceptione Constituit naturam
humanam, elevatur, quae ad gradum spiri-
tualitatis. omnem tollit dependentiam animae
a Corpore, sed tantum Constituit quamdam
armoniam, velut duorum orologiorum
Conformiter perfectae.





Isaac Newton

Anglus anno 1687 alliud edidit systema funda-
tum in principiis mathematicis, et legibus motus.
Contra scholasticos philosophos asseruit nil esse verum
nisi illud, quod evidenter potest demonstrari de
rebus naturalibus. Unde assumit pro Causa universa-
li omnium motuum attractionem, et gravitatem
Corporum. Hoc systema maxime apud eruditos

moderni flexere Stat. barbarino tomo 3°. plura obiici valent contra illud, quae exposuimus in Sistemate atomistico.

Christianus Voshius duplex Stabilit atomi genus, aliud natuâle, aliud mâle. Atomus natuâ caret partibus, nec est divisibilis. Atomus mathematicus licet inse sit divisibilis tamen naturaliter dividi non potest. Hoc Sistema plurimum convenit cum atomistico, proindeque easdem patitur difficultates. Pater Renault tomo secundo phisicae refert opinionem cuiusdam recentioris auctoris: Corpora dura nil aliud esse nisi in secteriis quorundam coleg atque unionem, et flammam ipsam, et tam examen esse vermiculorum alas habentium, qui liberi invicem undique rapido motu in aera volitent.

Questio decima Sexta de Cęlorum natura numero et propietatibus.

Cœlũ ê Corpus simplex per se incorruptibile, elementa involvens sua magnitudine, sic sphera quæ ——— in base ut locus n̂alis complectens. Cœlos maria pma constare provavibilius videtur; ipsos tamq ñ esse animatos ê communis phiphorũ ca tholicorũ conversio, cũ divo Damaseno libro de cœlo Capite quinto, et Divo Hieronimo super illud Isaiæ audite cœli; cũ autẽ in cœlo sit superior motus phiphi, et astronomi circulos varios fingere conteverunt. tales circuli ñ sunt reales, sed vero figmenta nostræ mentis ad recte explicandos siderũ planetarũ que motus.

Sphera armilaris, sic apelata ergo ex pluribus circulis, vt armilis compacta ê, continet hos circulos. Sphera hæc ê solidũ corpus vnica superficie comprehensum, in cuius medio punctũ ê, qd centrũ dicitur, aquo lineæ ad superficiem ambiente ductæ sunt equales. Centrũ ê illud punctũ, aquo cunctæ lineæ rectæ ad superficiẽ ductæ sunt inter se equales. Diameter spheræ ê linea recta, quæ transit per centrũ et adutramque superficiei oppositã partem diregitur.

Axis spheræ ê vna ex his diametris, supra quam sphera moveri intelligitur. Poli spheræ sunt duo puncta in superficie sibi opposita, et axis sistema; ut B et D. Circulus in sphera ê quæ dã

Superficies ipsius met vere Secta, & equaliter in Duas partes & inequaliter. Si Sit equaliter in duo emi secta tunc Superficies ē recta decit magnus Circulus, Sive qualiter Circulus minor. Circuli etaque magni Spere ducunt Sua plana per Centrū Spere; ut B D, E C, O P, Circuli vero minores Sunt illi quorū plana n̄ transeunt per Centrū Spere.

Omnes Circuli Sive maiores Sive minores dividuntur 360 equalis, sive gradus, et quilibet gradus 60 minuta, et minutū in 62.ª Circuli paraleli dicuntur illi, qui equedistante Sunt, Circuli obliqui Sunt illi, in equaliter distant. Zona ē Spere ē pars quedā Superficiei inter duos Circulos paralelos intercepta. Orbis ē Corpus Solidū Sub duabus Spericis Superficiebus Contentū, quarū Una ē Convexa, altera Concaba. Orbes Concentrici Sunt illi, quorū Unus Continet alterū Cū Unico Centro equaliter distante a Superficiebus Utrisque.

Orbes excentrici Sunt, qui habent diversū Centrū. Octo Sunt principaliora puncta Spere. Duo Sunt poli mundi Seu Cardines, articus Unus, Seu borealis, qui illi Constelationi proximus ē, quā greci arton nos Ursam dicimus, et boreale parte respicit, alter antarticus Sive meridionalis, quia artico

diametraliter oponitur, atque in meridiana parte mundi Continetur. articus nobis ē nobis. Antarticus in europa Videri n̄ potest. Poli mundi Sunt B, et D; Duo Poli Sodiaci, vel ecliptice Sunt termini axis Sodiaci, et distant apoli mundi gradibus 23 cū dimidiō; ut O, et P.

Puncta hec Seda Sunt movilia, et Suam revolutionē Una cū Sfera perficiunt Circa polos mundi inmoviles. Allia punta Sunt ortus, et ocasus, et est Sol Ubi oritur in orisonte, et moritur in parte oposita tempore determinato, qdo dies Sunt equales Cum Noctibus, vocatur equinoctia; allia Sunt Cenith, et Capite nrō īmminet; allud vero Nadith et pedibus nris Subiacet ut in figura Seda. Circuli Sunt decē Sex maiores, et Sunt equator, meridianus, orison, Sodiacus, et duo Coluri; et quatuor minores duo tropici, et duo polares.

Equator, Seu equinoxialis ē Circulus maior, quo Sfera in duas equales partes Borealē et austrālē dividitur; ut E, C. Circulus iste ad diē dimeciendū inservit; ipse cū divisus in gradus 360 et Circulus spatio 24 orarū, quo dies perdurat, moveri debeat singulis oris elevantur 15 gradus illius, id ē supra orisontē emergunt ad orientē, et in horizontē descendunt versus occidentē. Meridianus ē Circulus, qui per utrumque polo mundi, et per cenith, et nadith transit, Secans ad angulos rectos equatorē, et omnes eius paralelas et Consequenter orisontē in duas partes equales, Unā orientalē, occidentalē alterā: ut E C. B D, Meridianus vocatur, qā dū Sol ad ipsū venit fit medidies, dicta, et dicenda ex Sequentibus figuris Constabunt.

Fig 1.




C
K
N
P
I
G
A
B
D
F
H
L
M
E

Fig 2.


Zenith
horizon Sensibilis
horizon Rationalis
Nadir





Meridianus est Circulus ex maiori
espera, [illegible] qui per utrumque
mundi poluz, et per Zenit, et nadir tran
sit. Orizon, seu finitor ẽ Circulus ille, qui
Superior ẽ nobis, Cum pequam qui mundi
partes ab inferiori [illegible] dividit. Alius
ẽ racionalis, alius sencibilis. Primus
ẽ ille qui inteligitur planus [illegible] [illegible]
re per Centruz mundi, dividitur illez duas
in partes equales. [illegible] racional
lis, qa solo intellu percipitur. Sencibilis
ẽ Circulus minor, et paralelus orizonti
rationali, qui Solus attingit Super ficiem
terrae. Orison racionalis hauet diversas
inclinaciones Cu equatore, ex quibus ex
fera armilarz diversaz hauet posicione,
rectaz, paralelaz, et obliquam. Recta ẽ illa
in qua equator transit per puncta Zenit, et
Nadir, ẽ cui eri perpendicular orizonti, Scili
et ad angulos rectos, qui Orizon transit
a polos mundi, Sive equatoris, unde
[illegible] omnes diurnas revolutiones fieri
ad angulos rectos Supra orizontez. Omnes
Circuli paraleli equatori Secantur ab
orizonti in duas partes equales ita ut
Sol ibi operabur Continuaz equinoxiuz

et Cuncta Sidera sunt semper per diur-
cinoras supra orizonte, et totius infra
in ex sfera recta nulla est pars Celi, que
Sterni non posit; et ideo Sucesive videntur
omnia Sidera. Paralela est inqua orizon
et equator sunt unus, et idem Circulus, Cuius
poli utrumque sunt idem, quia unus polus mun-
di ascendit ad punctum verticale, et altera ad
punctum opositum desendit; quo fit, ut tota es-
fera perficiat suam revolutionem motu equa-
tori paralelo. Obliqua est, in qua orizon
et equator secantur ad invicem, eficiendo
unum angulum obtusum ex una parte, et unum
acutum ex allia. Zodiacus est Circulus
maior KM figure pme qui transiens se-
cat obliquum equatorem eficiendo cum ipso duos
angulos oblicuos; atque ab illo dividitur
in duas partes equales ad articum, et ad an-
tarticum. Ecliptica est media linea que in zodi-
aco reperitur sic vocata, quia in illa con-
tingunt eclipses Solis, et planetarum. Hanc
semper insistit Sol, dum anuo motu per
Zodiacum movetur, et singulis diebus singu-
los gradus in illa percurrit. Ceteri vero
Planete hinc inde ab ecliptica ad [illegible]

V Voreq, per plures gradu recedunt latitudo ecliticae, cum tamen plures e Viginti gradu. Longitudo Zodiaci in duodecim partes, signa seu Constelationes divisibus ut constat ex his Carminibus.

Sunt Aries, Taurus, Geminis, Cancer, Leo, Virgo.
Libraque Scorpius, ~~Arcitenens~~ citenes, Caper Anfora piscis.

Coluri sunt & P.

mortuo manent eadem accidentia, ita etiam in mixtis manent elementorum qualitates; sed est primum in fertur remanentia eiusdem formae: ergo &c. Hoc argumentum in nostris principiis valde urget et attente provari. Dico: Resp. tamen quod sicut S. D. a posteriori ex colectione accidentium infert identitatem formae quia accidentia sunt eadem: ergo et forma; in nostro autem casu a posteriori non provamus cum a priori non conveniat eadem forma manere. Patet doctrina. Nulla est repugnantia in eo quod accidentia proveniant ab eadem forma in corpore vivo, et mortuo, et accidentia sunt eadem in utroque: ergo et ab eadem forma. In casu nostro accidentia licet eadem videantur, ita tamen non sunt, sed similia, et ratio est quia repugnat quod remaneat eadem forma in mixto atque repugnat quod servatur in elementis, quia darentur in uno composito sub stantiali naturali plures formae totales non subordinatae, siquidem quaelibet potest per se existere; unde constat disparitas ad provationem Doctoris.

Arg. 3º. mixtio est Miscibilium alteratorum unio; sed hoc non salvatur stante Opinione: ergo &c. Prob. min. quia corpora sua forma formali ut ad ... permanent neque unire; sed stante Opinione elementa corrumpuntur: ergo &c. R. mixtionem ex sua ratione formali ut ad ... perentur: ... quae praesens absolutione parte fieret vera generatione, quae-

tamen praesupponit elementorum vicivilium alterationem. Unde dicendum est non in tota significatione usurpari posse elementorum mixtum. At vero mixtum ex una tantum sublimi forma coalescere arbitramur, unde hoc sensu simplex est ad virtutem elementorum = advertito pro Coronide Aristoteles problematicum fuisse et haerere ut in textu.

ꝛe ꝛe ꝛe ꝛe ꝛe ꝛe ꝛe ꝛe ꝛe ꝛe ꝛe :-

QUÆSTIO XXXIII

Quid sit et An Vim Creati detur Infinitum.

Infinitum res sine termino seu fine simpliciter intelligitur, et hoc duplicitur vel extrinsice tantum quatenus nos ad rei terminum pervenire non possumus, vel intrinsice, quatenus rei ex se repugnant habere terminum. Primum vocatur infinitum sincategorematicum, secundum categorematicum apellatur. Dari aliquod infinitum actuale et tenendum est, Deus enim optimus maximus est vere realiter in sua perfectione infinitus et hoc enim dubium nullum est, sed solum inter creaturas detur aliqua vel in perfectione exenciali, vel accidentali, vel in

numero, vel in extentione, vel quolibet allio hujus generis sit infinita, vel cathegorematice, hoc est actualiter, vel sin cathegorematice quatenus numquam ad termi num eorum pervenire possimus; quin alium majorem assignare sit facile.

Circa quod aliqui absolute affirmant dari utrumque infinitum. Allii propugnant dari infinitum sincathegoricum, seu in potentia negant, vero cathegoricum seu in actu. Allii denique nullum admittunt infinitum, sive cathegoricum, sive sincathegoricum. Cum ""
""his sit nostra D. D.° repugnant omne infinitum sive cathego ""
""ricum, sive sin cathegoricum in creatis. Mens D. D.° colli-
gitur ex D.ᵉ N.ᵒ S.ᵗⁱ in Tertio Distinctione 8 — Questione 3.ª, ubi negat dari in Christo gratiam infinitam, sed tantum astruit in ipso summam possibilem.

Probatur prime implicat quod per praedicatum prius est finitum per post praedicatum posterius infinitari, primum praedicatum per quod enim decendi ad quodlibet creatum est finitarum per quod implicat quod per praedicatum post dicatur: ergo &c.ᵃ P.ᵃ M. implicat quod per praedicatum post terius inde determinari: ergo &c.ᵃ Ant constat: juxta scolistas quia natura, quae est de se haec, et determinata implicat per heceitatem multiplicari.

P.ᵃ 2.ᵃ pars:

esse pocivile infinitum in potentia esse pocivile infinitum in actu: ergo &c.a P.s ant: si pocivili esset infinitas in potentia, pocivili foret actus tali pocivilitati, quia ut ait S D N in 3.o Distinctione 13 questione 1.a: quantum contingit esse in potentia tantum contingit esse in actu, quia pocivilitas ad talem vel talem formam non est ad talem, vel talem in fieri, sed in facto esse. Nec tenet ratio Mastri dicentis Doctorem esse intelligendum, quod actus correspondet potentiæ est individuus, et determinatus, non vero quando est indeterminatus, et confusus, ut est infinitum sincategorematicum; quia ejus partes sunt sine fine.

Contra

si infinita multitudo hominum esset infinita in potentia in esse pocivili esset actui infinita, non solum in esse respectu cognitionis, et divinæ omnipotentiæ; sed si in esse pocivili sunt simul in esse actuali possunt simul poni: ergo &c.a P.s M: in illo nunc eternitatis fuerunt simul pocivilia, et quod quod pro nunc non fuit pocivile semper impocivile erit. Rogo: pro illo nunc homines pocivilies fuerunt infiniti vel finiti, si primum ergo infinita hominum multitudo fuit simul pocivilis: si secundum ergo infinita hominum multitudo fuit impocivilis. Denique, velin

illo nunc infiniti homines cognoscebantur, ut possibiles vel non: si primum ergo simul potest ponere in esse, sicut simul potest illos cognoscere: si secundum: ergo possibiles non sunt cum possibilitas creaturarum juxta Mastrium sit a divino intelecto.

ARGUTA SOLUTUR

Arg. 1°: si Deus ageret ad extra ex necessitate poneret effectum infinitum: ergo si libere agit. Probatur ant.: si Deus ageret ad extra ex necessitate non poneret effectum infinitum non a ageret usque ad ultimum de potentia, sed hoc repugnat: ergo 2a. Distinguo Maj.: non ageret si daretur capacitas in termino, nego maj., si non daretur concedo maj., et cum hoc dist. minorem. Tho: sed Deus semper devet agere usque ad ultima de potentia: ergo 3a Probatur sub min.: si non ageret usque ad ultimum de potentia illa potentia, quae non operatur esset frustanea: ergo 4. Probatur ant.: frustanea est potentia quae non operatur ducitur ad actum; sed illa nunquam non reducceretur: ergo E.a

Resp. ad argutum: quod et si Deus ageret ad extra necessario sicut agit ad

intra; n̄ sequitur quod poneret in esse effectus infinitus: n̄ quit ei deficeret virtus productiva infiniti; sed quia in creatis repugnat infinitus et sicut n̄ ē imperfectio in divina omnipotentia n̄ producere posse quimeram quia hec impotentia n̄ oritur ex parte omnipotentiæ, sed ex parte ipsius chimeræ, cui repugnat produci, sic similiter. Ad ultimum dico, quod sicut tamen ē potentia quæ quantum ē ex se nec reducitur, neque ē reducivilis, sed tamen ad actum n̄ tamen illa, quæ quantum ē ex se ē reducivilis, sed tamen n̄ reducitur, quia reperitur repugnantia ex parte termini; ita evenit in casu nostri.

Arg. 2º. n̄ repugnat creaturis havere alliquod predicatum Dei; tali ē infinitas: ergo &ª. Distinguo maiorem: n̄ repugnat &ª si ē proprium ex communibus Dei concedo maiorem, proprium ex propriis nego maiorem; sed infinitas ē predicatum proprium ex communibus nego minorem, proprium ex propriis concedo minorem. Contra: sed creaturis n̄ repugnat predicatum proprium ex propriis Dei: ergo &ª. Probatur subm: aseitas ē predicatum proprium ex propriis Dei, sed in sententia plurium scotistarum convenit creaturis possi vilibus: ergo &ª. Distinguo maiorem aseitas logica et pæni

repugnantiæ ē predicatū propriū ex proprii Dei nego maiẽ, aseitas phicica, et per exigentiã cmpdo maiẽ, et cū hac ad minẽ.

Ad argumētū dico quod in Deo ē duplex predicatorū genus, allud propriorū ex communibus, et sunt sapientia, vita, bonitas, et alia huiusmodi, allud propriorū ex propriis, et huius generis sunt infinitas, immensitas, omnipotentia &a. Prīma predicata posunt creaturis convenire quamquā alter, sicque in ipsis reperitur sapientia bonitas et &a. Secūda nullatenus creaturis competere posiunt. Ad paritatem dicitur, qd aseitas ē duplex allia logica, et allia phicica. Prima ē illa n̄ repugnantia ad existendū, quā dicunt scotistæ convenire creaturis, quia à nullo havent talē n̄ repugnantiã, sed hæc ē aseitas in esse diminuto, nec hæc ē predicatū propriū Dei. Allia ē aseitas simpliciter phicica, et actualis et hec minime potest creaturis convenire, quia de ratione taliū dicunt ab alietate.

Arg. 3º.

nulla sequitur implicatio ex parte infiniti cum categorematici: ergo &a. P. ant: si alliqua sequeretur esset, quia posset tunc poni in actu, sed n̄ sequitur hoc: ergo &a.

P.ª m.: ideo sequeretur, quia si omnia possivilia essent acta, possiviles infinita possit Deus simul illa ponere in esse; sed non sequitur possit: ergo &c.ª P.ª m.: ideo sequitur posse, quia de quolivet verum est dicere hoc potest poni a Deo, et hoc, et illud: ergo omnia; sed illatio non valet: ergo &c.ª P.ª m.: ex quo seorsim sint producibiles, non sequitur, quod sint producibiles simul: ergo &c.ª P.ª

Ant.: ex quo voluntas possit ponere amorem, et odium seorsim non sequitur quod simul: ergo &c.ª

Respondetur ad argumentum quod ex subtili Nostro Magistro, quod ex sensu arguendi a sensu distributivo ad collectivum, optime valet, dum modo ex parte arguendi non asignetur, alliqua incompocivilitas, quia colectio nil addit nisi simultatem; cum autem si essent pocivilles infiniti homines non essent incompocibiles, nec ex suis rationibus formalibus, nec relate ad virtutem productivam Dei; inde est quod bene arguitur. In casu paritatis non sic: quia amor, et odium de eodem obiecto pugnant ex suis rationibus formalibus, sicque repugnat voluntati: simul ponere utrumque.

Arg.ᵐ 3.º in entibus succes
sivis

vg. motu, et tempore datur infinitum sincategorematice = :ergo &c. P. ant: numerus finitus animarum rationalium in duratione perveniet, sed duratio est ens successivum :ergo &c. Resp. quod tempus non est ens reale distinctum ab entibus permanentibus; sed est ipsamet entia permanentia coexistentia actioni Dei infinite necessarianti, quod totum est pura denominatio extrinseca. Similiter resp. si dicam mundum potuisse esse ab eterno, ac proinde careret principio, et termino durationis, qui utrumque hoc sunt ex parte Dei necessitantis, non ex parte mundi.

Arg. 5. ex nullo casu
possibile repugnat infinitum :ergo datur. P. ant: quacumque
specie assignata, potest allia, et allia perfectior dari :ergo &c.
P. ant: quacumque multitudine ex relatione assignata
tamen non est cur non sit allia possibilis; sed hoc ipso &c. :ergo &c.
P. Ml: cognita summa creatura possibili ultra ipsam
possibilis alia, et alia :ergo &c. P. ant: essentia divina
possibilis alia, et alia; et inter summam
est infinitum illimitabilis imperfectione, et inter summam
creaturam, et Deum datur infinita distantia. Resp. vel
nego esse, quod si essent infinita possibilia, posset Deus
illa ponere in actu, cetera repugnant infinita possibilia
propter dicta, sicque si ultra summam creaturam
possibilem cuiuslibet lineæ esset possibilis alliam
iam non esset summa. Denique sequeretur unum

infinitum posse excedere aliud, nam cum plures sint capilli, quam homines infinitum capillorum esset maius, quod est contra rationem infiniti. ~ ~ ~

QUÆSTIO XXXIV

De constitutione continui

Talis tantaque est humani intellectus imbecilitas ut de minima corporis constitutione disserere vix certo dictamine possit. Quare fatendum est divinam providentiam allidere humanam rationem huc velut scopulum, ut ii qui saepe currunt arcana coelestia, fideique misteria scrutantur contemnenter ea, quia capere non possunt facili, ac obvio exemplo confundantur. Pro resolutione autem quaestionis sciendum est quod cumque corpus sive continuum ex minimis fieri compactum esse, ut apparet ex odoramentis, quae subtilissima nobis suppeditant corpuscula dum aliter seo-difunduntur.

Quaestio est an haec eminutissima corpuscula ex indivisibilibus componantur vel partibus

semper divisivilibus constent usque in infinitum. Si hoc secundum aserat, pro in omni caso havendum est, quod partes ipse devent actualiter in esse continuo, quia nil dividi potest nisi in ea, quæ in se continet, necessario: nec separari possunt illa, quæ realiter invicem non sunt distincta. Peripatetici communiter docent infinitas esse inquolibet continuo partes, aliæ communicantes, aliæ non communicantes. Primæ sunt, quæ nulla havent determinatæ mensuræ, sed secundum alliquæ proportione semper minores, et minores possunt esse. Secundæ, quæ certæ havent figuræ, et magnitudinem, ut palmi in ulna. Alliqui autem peripatetici cum nro Vennimea aserunt partes continui medii indivisivilibus copullari, et determinari.

Epicurei, cum Senone sustinent continuum componi ex indivisivilibus, non solum phisice, et realiter, sed mathematice, et mente. Atomistæ ex indivisivilibus solum phisice, divisivilibus tamen mente. Cartesius effugiunt quærent ait: quod cum terminus continui non inveniamus illud indefinitum e bocandum. Sed adverterre debebat hic non quærit de continuo quo ad nos, sed in se. Nisi ita cum melius sit fateri ignorantiæ humilem, quæ iactantiosæ sapientiæ absque fundamento

" ostendere disimus: Compositio continui est arcanum na
" turæ usque modo ignotum. Nec Dr. est nostri Ferrari, nec
diceret Pontius sub. quo N. D. impugnant Epicureos
nil affirmative resolvit.

Prob. 1º pro Aristotelicis 1ª
Epicureos: si continuum constaret ex indivisibilibus
non haveret extentionem, ac magnitudinem; sed hoc est fal
sum: ergo &ª. P. M: indivisibile additum indivisibili, et
si faciat plus non facit maius, neque extensum: ergo &ª.
P. ant: ut ex duobus unitis fiat alliquid maius, quam
ex uno solo, debent illa duo ita inter se unire, ut unum
sit extra allium alliqua sui parte, sed punctum additum
puncto non est extra illud alliqua sui parte, quia partes
non havet: ergo &ª. Item atomi indivisibiles debent esse
figuratæ et extensæ ut constituant alliquid extensum;
sed hæc est contradictio si indivisibiles sunt: ergo &ª.
Respondet Epicurei puncta esse formaliter indivisibi
lia, virtualiter tamen divisibilia, ut possibiles.

Alii vero,
quod licet unum punctum non faciat extensum, tamen ex quo
plura, et plura puncta simul unantur faciunt ex
tensum, quia si tria puncta v.g. A B C, et si B tangat
A secundum se totum non tamen C tangit A secundum se totum;

neque unus punctus tangit alliud secundum se totum, sed non totaliter, nec se penetrant, sed immediate unus sequitur post alliud. Contra pro Aristotelistis, si punctus ex se extensus non est, neque ex unione cum allio potest facere extensum: ergo &c.ª Probatur antecedens: punctus C tangit A secundum se totum, vel non? Si primum havemus intentum; si non ergo tale divisivile erit in id quo tangit, et in id quo non tangatur. Similiter indivisivilia puncta se penetrant, nam si non secundum alliquid tangeret; et secundum alliquid non, et redit argumentum.

Rursus:

nec per diversitatem facierum potest intelligi extentio, quia ubi nullæ sunt partes nulla est facierum diversitas. Deinde illa sic minus erit contradictio manifesta. Deinde illa virtualis divisivilitas punctorum nullo fundamento quæ dari det, et licet virtualiter essent divisivilia hoc non sufficit ad constitutionem continui, si quidem formaliter est extensum, ac pro inde debet ex partibus formaliter extensi continui, ut per illas dividi possit.

Probatur 2º:


pro Aristotelistis contra Epicureos: si continuum ex indivisivilibus constaret, movilem tardissimum, ut testudo, eadem omnino velocitate moveretur, ac movile

velocissime, ut Aquila: hoc non est [...] &c. Probatur: Minor: incipiant simul moveri Aquila, et testudo, et neutra ex illis recedat a motu, initio sui motus aquila non nisi punctum spacii pertransiret; sed testudo tunc transiret punctum spatii: ergo &c. Minor constat, quia minus puncto non potest transire. Respondent Epicurei: suas atomos indivisibiles esse extensas, in quo differunt a punctis Zenonicis, quae in extensa sunt, unde testudo tantum transiret mediam atomum dum aquila plures. Alii aliter respondent dicendo omnes motus quibusdam esse morulis interruptos, ita ut motus aquilae eo est velocior, quia paucis morulis interrumpitur.

Contra: si atomi sunt extensae ergo saltim divinitus sunt divisibiles. Item: contra illas morulas: si magna rota ferrea, vel marmorea circumagitur, partes superiores velocius moventur, quae inferiores; nam aequali tempore plus spatii conficiunt illae, quae ipsae rogantur; partes inferiores aliquando quiescunt dum superiores moventur? Si ita est: ergo discontinuantur; nec enim possunt duo continuari si uno se movente aliud quiescit, vel saltem alia deberet acquirere figuram ut videtur in brachio quiescente movente se manu; et aliquando nec dici continuantur ex superiori parte. Denique contrarii huius doctrinae tenentur affirmare mola circumnare, ex luna descendente aliquando in aere pendere quiescente rane morulis.

Vltimo pluribus geometricis demonstrationibus: prima si centrum ex punctis constaret tot forent puncta in mi nore centrum ex punctis constaret tot forent: circulo, ac in maiori. Describantur enim ab eodem centro duo circu li, et ab ipso centro ducantur lineæ ad singula puncta maioris circuli; hæc lineæ per minorem circulum vi tran sibunt, et singulæ in uno pariter circulo ipsum sint septum: 2a &a. Secunda linea diagonali B C. quadratum ABCD, ut nil ipso aspectu apparet maior latere AC, vel BD, sed si continuum com ponitur ex punctis linea illa non esset maior latere: 2a &a. Minor patet nam non erunt plura puncta in di agonali, quam in latere.




A
B
C
D

His rationibus Epicurei respondent non posse infinitas
lineas phisicas ab eodem puncto, seu circuli centro duci
immo dicunt lineas phisicas confundendas esse in mi
nori circulo, qualenus esse alii alias saltem secundum
aliqua parte obducent. Huiusmodi enim lineae phi
sicae non sunt omnis latitudinis, et crassitudinis expertes,
sed quamdam havet soliditatem. Ad secundum exem
plum dico: dicunt, quod lineae, si phisice sumantur
latitudinem quamdam havet, unde diagonalis non
recte, sed oblique, secatur sicque fit ut singulae
maius spatium in diagonali legant, quae in alterutro
latere, quod recte, et ad perpendiculum secant.

Contra: hae
responsiones involvunt manifestam contradictionem: ergo &a. Probatur
antecedens: ex his responsionibus sequitur vel lineam ex indivisi
vilibus componi, vel si componitur indivisibilia posse
tangi magis et minus: utrumque implicat in veritate opposi
ta: ergo &a. Maior patet, quia si linea diagonalis ma
ius exacitatem havet respectu lateris alterius, quamquam ad
libet lateris: ergo inter indivisibilia datur maius, et mi
nus, quia omnis linea ex indivisibilibus constat. Si
datur maius, et minus indivisibile dividi in se
potest, scilicet in illud in quo aequat alterum, et illud
in quo excedit. Hucusque de fundamentis
contra puncta indivisibilia.

Plures contra asserentes constitui ex partibus infinitis ex indivisibilibus: absurdum est granulum arenæ tot habere esse actualiter partes, ut si Deus per æternitatem illud divideret numquam adveniret, sed hoc sequeretur ex sententia Aristotelicorum: ergo &c. Item ut sequeretur unum arenæ granulum habere tot partes ac totum universum unum infinitum esse alio maius: utrumque implicat: ergo &c. Probatur 1° quoad primam partem nam eodem modo numquam posset Deus pervenire ad ultimam partem arenæ — ac ad ultimam partem mundi: ergo &c. Minor quoad secundam partem liquet, quia de ratione infiniti est quod in illa linea, in qua infinitum est aliud maius non detur.

Dicunt peripatetici, quod licet ista imperceptibilia videantur, non tamen ita sunt, nam et si illæ partes sint numero infinitæ tamen infinitum decrescunt, sicque facere non possunt extentionem infinitam; sed cum sint partes communicantes ratio extentionem non habent nisi quam obtinent continuum. Ad hoc reparandum adduxit Rohatdutius 1ª parte Philosophiæ Cap. 6° exemplum auri secantia auri in folia tenuissima plusquam ducenties mille ab artificibus contunditur; si enim ita possunt facere homines, quis sciet, quod facere prævalet Deus! Hoc etiam patet in Acaro minutissimo animali, in quo sunt bene alterius musculi ossa, in testina, quarum partium

quæ libet pluribus fibris compacta ê; et idem
accidit in illo animalculo, quod iuxta Do
minum Malpighium erat minus a Caro per Vigin
ti septem miliones vicium inde ê &c.

Similiter

Boile observavit unum granum cupri in spiritu sa
lis almoniaci dolutum tantæ aquæ copiam viridi co
lore imbuere ut sit colorata continet 236086
partibus quarum singulæ sua magnanimitate
æquabat molem ipsius grani cupri. Contra ex
Epicureo omnia exempla hæc nullatenus magnitu
dinem infinitam dicunt; Peripatetici vero partes
quæ in infinitum divisibiles asserunt: item hæ par
tes ideo crescunt, quia partibus alienis marig
misentur, quod n̄ evenit in continuo. Deinde
n̄ ê ratio cur credamus data exempla si
ne exeltari examine, aut convincenti ratione
verumque n̄ ê perceptibile quomodo partes usque
in infi... et divisibiles n̄ faciant magnitudinem
infinite extensam, sed in granulo arenæ sunt
partes in infinitum extensæ, et divisibiles.

Rursus

Contra Aristotelicos: si corpus perfecte sphæri
cum moveretur super planum illud tangeret in
puncto: ergo constat ex punctis. Antecedens ê philo
sophi libro 1º de anima texto 13º et D. Th. in
sedo distinctione 2ª quæstione 3ª. Respondent

Aristotelici Corpus perfecte sfaricum tangeret pla
num in puncto in temporis puncto; in parte vero tem
poris illud tangit in parte. Alii dicunt non dari
Corpus sfericum licet sic apareat sensibus nostris;
sed hæc responsio fundamento caret. Denique
Alii: Corpus perfecte sfericum super planum
subsultare, sed hæc responsio fabula videtur
quia nulla est in Corpore perfecte sferico asperi
tas nec in plano inæqualitas.

Cum Nostri Veterum ea Peripatetici alii sustinent Continuum
Componi ex punctis ex partibus divisibilibus
non tamen usque in infinitum. Sed Contra: ergo
in divisione Continui in se pervenire devenimus
usque ad partem non divisibilem; sed hæc addita
alteri Com parti non divisibili non facit maius:
ergo incidunt in opinionem Zenonis. Item: Vel
partes Constant ex punctis, et non si primum redit
argumentum Contra epicureos, sic secundum: ergo ex
partibus. Si ex partibus: vel divisibiles in in
finitum vel non? Si primum: tenentur ad solutionem
argumentorum Contra opinionem Communem Aristotelico
rum. Si secundum: ergo pervenimus ad indivisibi
lia. Unde et primo ad ultimum melius est ingenuæ
fateri ignorantiam, quam incidere tot in difficul
tates in extricabiles.

Quæstio XXXV quænam sit Causa motus proiectorum.

Motu ex philpho 3. phisicorum parte 3. ē ac
tu entis in potentia, quatenus in potentia. Hæc
motu definitio Calumniantur moderni, ita ut
dicant, nec à diabolo posse intelligi, sed viden
tes in oculo alieno festucam, ingentem habentem
in proprio non respiciunt. Sic videxim par
tiali: en definitio Gassendi ē transitus mo
bili à loco in locum fluxu Continuo. Alii
autem atomistæ hanc assignant. ē Corporis, Vel
sedum, se totum Vel secundum singulas sui partes tran
situs de loco in locum. Cartesiani hanc tra
dunt: ē aplicatio successiva mobili diversis
partibus Corporum propinquorum.

Unde advertendum distinctionem Aristotelicam motus non esse sensus, sed intrinsecam constitutionem, sed solum extrinsecam, et in ordine ad ens naturale; sicque bona est illa definitio: quia motus est illud, quo res denominatur moveri, seu quo res denominatur moveri intelligibiliter velut perfectio rei, quae movetur, quatenus tendit ad formam aliquam ad quam tendit: ergo motus vere dicitur actus entis &c.a Haec enim definitio omni motui convenit, non enim solum datur motus localis; ut some reparunt moderni: voluntas enim movetur ad volitionem, et intellectus ad intellectionem.

Cum autem omnis motus velox vel tardus sit unde repetenda sit haec velocitas, vel tarditas motus est difficultas non parvi pendenda, sed in praesenti brevitatis causa apud autores videndum relinquimus, et causam continuati motus projectorum inquiramus. Projectio est enim est affectio motus localis notissima sensibus, ut apparet in lapidibus, sagittis, et aliis similibus, quae permanent in motu, etiam postquam separare ab ea motrice causa a qua primum motum acceperunt. Huius continuationis causa est punctum praesenti dicendi. Circa quod plurimae sunt sententiae. Epicurei atomos per se mobiles causam assignant a motore im movile commeant.

Garendus ait moveri debere necessario tanquam se ipsum movile, acque impellere; Cum autem partes externae impulsae sunt a motore, hae successive impellunt internas, et fit motus. X.

tecur non admittens alliam Causam efficientem motus nisi Deus ait: motum Continuatum fieri ex lege naturae. Borelli affirmat vim mobili Communicare rebus proiectis a movili, per quam in motu perseverant. Pater Decales ad vim elasticam aeris Confugit. Allii ad gravitatem et fluiditatem medii. Antiqui Aristotelici dicunt Causam Continuati motus esse ipsum medium, quod Cum a re proiecta findi tur, Cogitur retrorsum subsedere, eandemque impellit ad ulteriori eundem. Communis vero opinio Peripateticorum hujus temporis est: Causam Continuati motus proiectorum non esse aerem, nec a trinus per se moviles, nec motum partium internarum, nec legem quamdam generalem; sed esse vim impressam proiectis ipsis a movente Communicatam. Pro hac stamus opinione.

1a. pars: non potest Convenienter intelligi res proiectas moveri ab aere perquem transeunt, quam si Concipiamus aerem ab illis divisum ad illarum tergum refluere, et hoc modo

eas propellere; sed hoc modo moveri nequeunt
res proiectae: ergo &. P. m.a non possumus intelligere
quomodo aer moveat lapidem, nisi aer velocius
moveatur, quam lapis; sed hoc esse non potest:
ergo &.a Minor constat: quia aer movetur a mo
tu rei proiectae. Maior liquet, quia si aer aequa
li velocitate moveretur, ac lapis, posset ipsum com
mitari, non tamen propellere. Item: aer, quem lapis
ante propellit, non minorem havet resistendi vim,
ac aer ille vim havet impellendi, qui a tergo
lapidem urgere dicitur: ergo &.a Nec dilatatio
aut condensatio aeris, quia in machina
Neumatica ex aucto aere rariore corpora
celerius movent; sed ibi non est locus conden
sationi, aut rarefactioni: ergo & tandem,
nec elaterius aeris, nam aer quo velocius den
sior magis resistit: ergo lapis proiectus deve
ret velocius moveri in aere rariore, —
quod est contra experientiam: item
sic: in rariore aere, maior est vis elastica,
quae in rarefactione et nihilominus, qui de rebus
menta scripsere fatentur globi impetum
ob rapido aere id quae maxime,
cum secus fluvium explorum
sit, multum retundit, quod non eve
niret, si elaterius aeris esset cau

sta motus.

2da pars 7ni

probatur: Epicurei voluntarie dicunt atomos esse mobiles: ergo &c. Gassendus non ostendit externas proiecti Corporis partes ita ad motum Conferri, ut secretive internas impellant. Deinde: si ut manus Commovet Corpus proiiciendo partes illud Componentes a proprio naturali pristino statu, sic dimoveantur, ut externae partes Commoverent internas, et eo magis a proprio situ recederent, quo maiori vi Corpus moveretur: sed hoc est falsum: ergo &c. Minor Constat: quia pilucene elasticavi Carentes, valida vi proiectae post motum sum praeferrent signum alicuius Compressionis ex ea parte, quae iacenti manus parime Contigua fuit, ex quae altera parte Compressionem haveret, quod est Contra experientiam.

Pars 3o 7ni pars:

Cartesius falso laborat suposito, negando Causas effectrices Creatas: ergo &c. Denique pro ultima parte: explicatio alliorum sententiarum nulla videtur sufficiens ad motus Continuationis explicandas: ergo &c.

Pr Conclusio: hac opinione intelligimus vim impressam proiecti Communicari pro maiori vel minori actione moventis, indeque percipimus Causam ipsam, quae Continuationem motus in proiecti efficiat havita semper ratione maioris, vel minoris actionis moventis ad maiorem vel minorem —

aeri resistentiæ, quæ ad modum à vi ab agente im
pressam intelliguntur Corpora moveri, ita a maiori vi
Continuatè moveri: ergo 1 Xa.

ARGVTA SOLVVNTVR

Arg. 1º. ad motum proiectorum sufficit aer premens,
et impellens à tergo: ergo 1 X. prob. ant: ad motum lucti-
seraci sufficit pretio, et impulsu digitorum: et quo
maior spretio longius saltat. Confirmatur: aer
impellens à tergo movet arbores imò, et ingentes
naves: ergo X. Resp. ad argumentum, quod cum aer
non adquirat velationem motus ad Corpus proiectum.
Vt in provationibus patet, minimè potest ipsum Con
tinuatè movere, maximè cum aer sit Corpus in
diversas partes difluens. Ad Confirmationem dici
tur, quod numquam aer potest velotius movere ac
ipsum Corpus proiectum; quare cum evellit arvores,
et naves movet, movetur ipse non à proiecti, sed
à ventorum vi, ut in phicica Curiosa explica
vitur.

Arg. 2º. per motum partium externa
rum salvatur motus Continuatus proiectorum:
ergo Xa. P. ant: si longa trabs in una parte
percutiatur in allia percipiatur ut sonus: ergo
X. P. Conciā: hoc ideo est, quia partes ext
teriores tactæ in teriores trabis partes Com

movent: ergo &. Resp. in proiecti nihil huius generis accidere, ut ex probatione constat in casu aperito experitur sonus in una parte dum tabula percutitur ex altera nequiquam partes externae commoveant in tremore, sed ex tremore, et concitatione aeris interni, et externi.

Arg. 3°. per naturae leges intelligatur continuatio motus proiectorum: ergo &. Corpus quod est inquietum per se poterit nequit a se motum incipere: ergo quod est in motu nequit a se cessare. Resp. ad argumentum urgere Cartesianos naturae lex naturae postulat, ut unaquaeque res permaneat in eo statu, in quo est, mutatio status erit contra naturam nec fieri poterit nisi a causa extrinseca quae id concernet. Atque localis motus non est status, sed mutatio ergo necessario erit causa extrinseca quae illum incipiat, et illum concernet. Dicunt Cartesiani probabile intelligi certum modum essendi simplicem et determinatum essendi modum recidisse vero successionem univocationem, ex quo vedit nequit, quod supra stabilimus contra expositionem Cartesianorum.

Arg. 4°. Si vis impressa esset causa motus continuari

proiectionis omnia Corpora equaliter mo
verentur, sicque pilla lanea, et pilla plumbea
equali Velocitate progrederentur; sed hoc ē
falsum: ergo &c. S. R. M. eadem vis potest imprimi
mi in utraque pilla: ergo &c. Resp. Vim pro
iecti impressam Correspondere in bearum Vi gra
vitati Corporum, vel levitati: sicque sicut
gravitas ē ratio quare, Corpora proiecta
decendunt, sic vis impressa motus proiectionis
Continuandi; sed utrique resistit aer pro ratione
superficiei, quare ut levior globus majus aeris re
sistentia discedendo patitur, et tardius decendit, sic e
in proiectionis motu majorem patitur resistentiam tardiusque
movetur n̄ ratione vis impresse, sed propter gravi
tatem, vel levitatem.

Questio XXXVI

Quod sit tempus, quae sunt precipue temporum Epoche, et quali ante poni debeat?

Magnus S.r Augustinus undecimo Confessionum libro Capite quarto decimo ait, dum de tempore sermo institit: "Si nemo ex me quærat scio, si quærenti explicare nescio. Unde in rei veritate nil notius tempore, nil vero explicatione difficilius. Cartesius ait: tempus esse durationem rei creatæ. Recentiores dicunt tempus esse successibus rei cuiuscunque durationis, quæ innititur habet, sive quæ habere potest. Aristoteles 4.o phisicorum textu sextodecimo N.o, ubi tempus definivit esse numerum motus secundum prius, et posterius. Quam definitionem sic intelligunt Aristotelici: tempus est mensura motus, et quietis secundum prius, et posterius; sed hæc omnia de tempore extrinseco intelligi debent, in intrinseco enim est ipsamet entitas rei durantis intrinseca.

Epocha est aliquis notabilis eventus, cuius talis est certitudo, et magnitudo, ut ab ipso tamquam a quodam principio temporum computationem incipiant. Poetarum epochæ fuere quatuor: prima ætas auri, in qua dicebant regnavisse Saturnum, in qua unio, pax, societas, inter homines floruerunt, similiter quæ terra absque cultura reddebat fructus opimos. Secunda ætas vocabatur argentea, in qua dicebant regnasse Jovem, et tunc animalia acceperunt... Huic ætati successit ænea, in quo defuevenere.

runt Errores, et abundavere Bella. In hac etate dicunt fuisse bellum troyę. Quarta denique etas ferrea, in qua dominandi Cupiditas aperte dedit Vitiis, et execrationibus portam. Hęc incepit ab Olimpiadis, et durat (proh dolor) ad hęc usque tempora.

Alia enim divisio temporis majoris ponderis, et autoritatis ê in septę etates. Prima Creatione mundi usque ad diluvium comprehendit que iuxta Codices Hebreos 1657 annos ita Gravesenius tomo 1.° folio mihi 60: Secunda â diluvio universali usque ad Abrahamum comprehendens 426 annos. tertia ab Abrahamo usque ad exitum populi Israel de Egipto ... et includit 430. ab hoc tempore usque ad constructionem templi Salomonici per 487 annos. Quinta ab edificatione templi usque ad libertatę, quę Cirus Persarum Rex dedit Iudeis, et continet 468. annos. Sexta ab hac libertate usque ad adventum Christi, et durabit quingentos quadraginta annos. Septima â nativitate Christi usque ad finem seculi.

Preter has epochas allię enumerant â Criticis ex quibus allię sunt Ecclesiasticę, allię politicę, â llię iuxta computationem Hebraicę allię iuxta Grecę, allię iuxta Samaritanę. Quę nam

autem ex his eligenda sit et est difficultas. Resolvitur universaliter Hebraica est Cæteris preponenda. Ratione: qua utitur Gravesum tomo 1º Colloquio 3º parti 6Dº Ecclesia Chatolica in Concilio Tridentino approvavit in Edictione Vulgata Cronologiam Codicis Hebreorum eamque prefert Calculis Grecorum, et Samaritanorum: ergo implectenda est.

Vt autem sciatis quænam sit inter has Computationes diferentias; accipite tabulam Cronologicam quam aufert laudatus author.

	juxta Hebr.	juxta Græcos	juxta Samarita
Adam genuit Seth anno etatis suæ	13.	23.	13.
Seth genuit Enos	15	205	105
Enos genuit Cainam	90	190	90
Cainam genuit Malaleel	70	170	70
Malaleel genuit Jared	65	165	65
Jared genuit Enoch	162	162	62
Enoch genuit Mathusalem	65	65	165
Mathusalem genuit Lamech	187	167	67
Lamech genuit Noe	182	188	53
Diluvium cæpit Noe anno	600	600	600
Summa annorum a Creatione usque ad Diluvium.	1656	22.42	13.07

Quaestio XXXVII


Quibus hepochis usi fue
runt Hispani, quando incepe
rit praesens, et cur ubique
Hispaniarum simul observa
ta fuerit.

Quid sit epocha ig manet explicatum. Hispa
nivari usi sunt, quae nomine Aerae distinguebant.
Aera enim dicebant vel ab aere solvendo propter
quoddam tributum, quod Christiani Romani tri
buebant ex usu Romanorum subservientium,
annus erat regni Augusti, ex quibus veteri mi
litibus Colchi Aera numcupavatur. Aera a
1. lia ẽ Hispania, seu Caesarii celpa anno
38 ante adventum Xpi, altia Christiana, quae
duxit exordium ā Xpi adventu.

Hispa
ni usi fuerunt pm usque ad annum Domi
ni 1080, in quo illa relicta ceperunt uti
erat Christiana, quae ig ā Gallis utebantur

lia ab anno scilicet 780. Quinque autem ex Hispaniis primi fuerunt in tali usu est difficultas, circa quod dicendum venit, quod seplicuerit, seu Hispani Tarraconenses fuerunt primi anno scilicet 1351, Regnante Petro IV.º Regnum Castellae anno supradicto 1383 sub Joanne I.º Lucitani vero anno 1420 sub Jone ibidem primo, qui plura de hac re decidarabat Videat Florez Tomo 2.º Hispaniae sacrae A. D. A.

Vide: cum quasi



Deus quasi dividens a hevo divido sum sit ephitimologia. Deus appellavit lucem diem, et tenebras noctem. Constat ex scriptura duplex

enim distinguitur dies naturalis, et Civilis: Dies naturalis Communiter vocatur, quâ Complectit ab uno ortu usque ad alium, sic includit lucem, ac tenebras Civilis, seu artificialis qualiter tantum designat præsensiam Solis. Suprarum tum tristante, quo spatio negotiis et artibus vacare solemus. Diem naturalem devidebant Judæi in auroram, meridiem, et crepusculum vespertinum.

Judæi in octo partes illum distribuebant, quatuor Correspondebant luci, et totidem tenebræ. Noctis partem apellabant Vigiliam tribus horis nobis Communibus Constantem. Prima Vigilia incipiebat in Solis occasu. Secunda designavat quam noctemmedia, et hinc incipiebant 3.a Quarta vero quam Solis ortum designabat 1.a horarum diurnarum, primam nuncupavant ab ortu Solis per tres horas. Secunda ab hac triplicitate horarum dicebant 3.a quæ ad 6.m horarum post ortum Solis extendebatur, et incipiebat tertia pars diei, quæ Sexta nuncupavatur, et erat usque ad nonam horam post ortum Solis, in qua incipiebat hora, quæ dicebatur 9.a, et erat quarta, et ultima diei.

Mahumetani in quatuor partes dividunt etiam diem artificialem; nocti verò tempus apud illos non est assignatum aliquo nomine. Romani veteres diem in sex partes distribuebant

1.ª erat diluculum, seu matutinum crepusculum. Secunda mane, seu aurora 3.ª ad meridiem 4.ª meridies, 5.ª de meridie. Sexta supremum diem similiter noctem dividebant in crepusculum, quod significatur dubia, vespertinum concubium; quia hac hora cubilia petere solebant; Noctem intempestivam, sive silentem quo tempore somnia cogitabant, Gallicinium, dum galli canere incipiebant. Hic

autem dies naturalis dividitur in diem equalem, noctem, et in equalem. Equalis est maior, aut minor pro magis diuturna vel minus diuturna presentia solis super orizontem, dies civilis apud Romanos dividebatur iussu Numminis Pumpili in dies festos profestos, et intercisos. Primi erant dicati in honorem idolorum, vel imperatorum. Profesti alii erant fasti in quibus licitum erat ius dicere populo; unde etiam forenses vocabantur. Alii commitiales, et erant dies, in quibus commitia iungebantur. Intercisi dies sunt dicti, in quibus divina, et humana negotia libere pertractare poterant. Arabes diem incipiunt ab ocasu solis. Mahometani ante ortum solis. Astronomi a meridie ut calculus permanens sit. Baviloni ab ortu uno solis usque ad alium. Sacerdotes Romani a media nocte ad alteram mediam. Quo supposito

discendum venit iuxta qualitatem nationum varium debet esse diei principium. Nos Hispani diem à media nocte usque ad aliam mediam noctem per completum spatium viginti quatuor horarum numeramus diem naturalem; Ecclesiastica vero à primis Vesperis usque ad secundas ex eo quod dicat Scriptura factum est Vespere et mane dies unus; et Vespere, mane et meridie laudabo te. —

Ut sciatis quando inceperit partitio diei in horas, sciendum est, quod hora est duratio temporis continens sexaginta minuta. Ignota fuit Romanis per trecentos circiter annos, ut refert Censorinus haec temporis dimensio. Quisnam autem fuerit huius partitionis auctor non est facile investigare. Alii indicant orientales huius divisionis inventores fuisse. Herodotus id tribuit Babylonis. Alii denique placet fuisse Trimegistum, qui observans Cynocephalum aequalibus interpositis spatiis duodecies quotidie urinam emittere, placuit diem civilem in totidem dividere horas; qui tamen duplicato numero in orbe viginti quatuor est distributus. Sed si ingenue fatear nulla de hac re est tam notitia, quae pluribus fabulis non sit irretiata. —

Quaes^tio^ XXXIX


An dies referun-
tur in Scriptura ad
creationem sint
vere dies natura-
les?

Cum Scriptura Sacra creationem universi refe-
rens pallatim dies nominetur, inquirimus; an ver-
dies, qui referuntur in Scriptura sint naturales, an
tantum mistici? Magnus P. Augustinus indicat
dies, qui referuntur in Scriptura accipi in sensu
mistico, et figurato, seu per diem intelligi oporte-
ret Cognitionem Angelicam, ita ut prima dies sit
Cognitio primi operis, quam habuit Angelus, et sic
de alliis. Constare dicuntur, vespere, et mane,
id est Cognitione Vespertina, et matutina, quia
Angeli duplici pollent rerum Cognitione, una vide-
licet, quae est obscurior, et qua Cognoscuntur

ru in Verbo Divino, et quia Clarior matuti
na vocatur. Sed tanti Doctoris venia cum com
muni SS.r Patrum, et Scolasticorum, quos citat, et
sequitur Gravezon dicimus: Tales dies esse na
turales. Quod hac Congruentia suadetur. Non
ē credibile Moysem sapientissimum Legislatorem
voluisse in ea, quæ texit historica narratione
designare Hebræis, quæ erant omninò rudes, et illi
terati, dies n̄ veros, et naturales; sed misticos, et
figuratos, per quos intelligi deberent Angelorum
Cognitiones, quæ â subtilioribus etiã theologis
iw hodie Capi, et intelligi possunt: &c.ª

Contra

hoc obiiciũ solent duo Sacræ Scripturæ textus.
Primus ē Genesis Capite 2.º istæ sunt generationes
Cœli, et terræ, quando creata sunt in die quo fe
cit Dominus Cœlum, et terrã. Secundus ē: Eclesias
tici desimo octavo; qui vivit in æternum creavit
omnia simul. Ad primum dicitur ti, in die acci
pi succesivê quasi in diebus, cum n̄ raro Sacra
Scriptura diem pro tempore usurpet. In secundo
ti simul significat idem ac universim, ut cum
dicitur: omnes declinaverunt, simul inuti
les facti sunt. Psalm.º 13.º, et P.mô 48.º simul
in cipiens, et stultus peribunt.



Temporis spatij, quod latini septimanam dicunt,
à Græcis hebdomada vocatur. Quæ temporis divisio uti
quæ omnium antiquissima est, siquidem Deus per sex
dies operatus requievit die septimo ab universo ope-
re, quod patrarat. Qua de Causa, licitum erat Hebræis
operari sex diebus septimo autem die ab omni ope-
re servili vacabant in memoriam creationis mundi;
nos verò Christiani in memoriam Dominicæ Resurrec-
tionis diem domini seu dominicum consecramus. Genti-
les ab Hebræis morem hauserunt habendi diem
septimum pro sacro; sed hæc Consuetudo non inter
omnes eodem modo invaluit. Romani non septimum
sed nonum diem celebrabant ex Romuli usu, qua de Causa
hos dies nundinas apellabant.

Triplex apud Iudeos erat hebdomada 1.a dierum, quae etiam hodie in usu est. 2.da septimanarum, quae quadraginta novem dies implectabantur. Tertia tandem annorum. Dies hebdomadae Hebraice apellabantur sabata. Prima una sabati, et sic usque ad sabatum, qui erat ultimus dies. Christi vero nostram diem Dominicam apellabant Soli, 2.da Lunae, tertia Marti, quarta Mercurii, quinta Iovis, sexta Veneri, septima Saturni. Eclesia vero postea decrevit, ut dies Dominica, et sexta nomine feriarum ceteris distinguerentur.

Quaestio XXXXI

Quid, et quo triplex sit mensis, et quo puncto sit et fuerit auspicandus.

Mensis enim tam inter Hebreos, quam inter Graecos à Luna derivatur. Latini vero nomen mensis à verbo metior, eo quod sit determinata temporis, et dierum mensura. Mensis alius est

Astronomicus, alius Civilis. Astronomicus subdivi
ditur in Solarem, et Lunarem. Solaris ē naturalis
Solis transitus ab uno signo zodiaci ad alium.
Lunaris in periodicum, Sinodicum, et Aparitionis.
Primus ē spatium temporis, quo luna percurrit ab eo
dem zodiaci puncto, donec ad eundem redeat, quia
fit intervallo dierum viginti septem horarum septem
minutorum quadraginta trium, et secundorum septem. Si

nodicus ē eundem Lunæ discursus, quo recedens à
Sole, ad ipsum revertitur. Hic fit spatio dierum vigin
ti novem horarum duodecim minutorum quadragin
ta quatuor secundorum trium. Tertius ē intervallum
à primo Lunæ Conspectu ad Ultimum ipsius
aspectum, quo fit spatio dierum viginti octo. Mensis
Civilis ē ille dierum numerus, quem Natio ut Civi
tas quælibet sibi præscribebat ad res sibi res
Consignanda: sic Romani à Kalendis ad Kalen
das mensem Computabant. Græci à neomeniis
seu novilunium ad neumelium. Mensem Civilem

diu tribuebant Romani in Kalendas, nonas, et idus.
Kalendæ erant primi dies Cuiusque mensis. Nonæ
dicebantur quatuor, vel sex dies sequentes, à
quod in nonum diem inciderent, sed quod ante
nonum diem essent. idus à quodam verbo Græco
significante pulcritudinem propter Lunæ tunc

Colucenti decorem duxit etymologicam. Circa mensium nomina nulla est in hac Natione conformitas, quaelibet enim varia illi nomina tribuit

Quaestio XXXVII.

Quid, et quo duplex sit annus, et quando incepit illius usus in ordine ad computationem

Annus ab annulo dicitur, eo quod sit temporis eidem puncti revolutio. Constat duodecim mensibus hebdomadis quinquaginta duo, diebus 365, et fere sex oris tale enim est spatium, quo Sol totum zodiacum decurrit et dicitur annus solaris. Annus lunaris est duodecim lunationibus. Lunatio est Lunae a Sole discessus, et ad eundem Solem eodem puncto regressus. Annus lunaris constat trecentis quinquaginta quatuor diebus, alibi dividitur in annum Hebraeorum, et Romanorum. Hebraei duplex

habebant anni exordium. Primum à Septembris
novilunio, eo quod putarent in hoc mense Con-
ditum fuisse mundum. Secundum à Martio iux
ta illud Exodi duodecimo: mensis iste vobis prin-
cipium mensium; unde inter Hebraeos annus sacer
incipiebat à mense Nisan, id est à Martio; ci-
vilis vero à Tisri, id est à Septembri, in quo
celebrabatur tubarum solemnitas. Romani à Ro
mulo instructi annum incipiebant à mense Martio,
et in decem tantum menses distribuebant: quibus
postea Numma Pompilius duos addidit menses,
Januarium scilicet, et Februarium. Item Julius Ce
sar cum videret computationem Numme
defectuosam, anno addidit diem bisextilem, et haec
correptio incepit anno 4667 periodi Julianae
ante adventum Christi 45.

Anno autem Christi
1580 sub Gregorio tertio decimo facta est alia anni Ju-
liani correptio, quae Gregoriana dicitur; addens decem
dies inter quintam, et quintam decimam octobris, et ordi-
nans, quod in singulis quadriennii anni tres dies
delerentur, qui integrum defectum minutorum, et secundo-
rum in sex eis, quibus sol decurrit zodiacum
supra trecentos sexaginta, et quinque dies. Haec
Gregoriana correptio textibus [illegible] tomo 2°.

matematicę, et Florez in sua Clave n̄ ē ab om
nibus recepta.



Indictio ē quindecim annorum spatio, in quo Ultimo Completo ad primum revertitur ē perpetuum, utiturq[ue] ā Summis Pontificibus ā tempore Constantini magni. Romę incipit indictio d. 1.a Januarii, apud Gręcos d. 1.a Septembris. Cyclus Solaris deservit, ut Cognoscatur quales sunt in quolibet anno dies dominicales dies soli nuncupabatur. Constat viginti octo annis. Quia his transactis redeunt dies hebdomadę sub iisdem literis. Epacta idem ē, ac additio, et significat dies super excedentes mensi solaris respectu lunaris.

Tales dies in fine anni undecim videntur, et hęc ē 1.a Epacta; epacta

anni sequenti ê 22, quia undecim illius anni adduntur; et postea si numerus trigesimus transgreditur. Quod supra ipsum superat, ê illius anni epacta. Epacta aut decem, et novem, sicut aurei numeri. Si aute incidat, quod epacta sit 29. Cum aureus numerus ê 19 adduntur duo decim, et redit 41, et dicitur epacta 11, quia hic ê numerus tigesimo excedens, et epacta correspondens aureo numero primo. Olimpiada ê Computatio incepuri â ludicis Olimpicis ab Hercule inventi, quae postea ab Ifito restaurati Olimpiade octava inceperunt Graeci suam Computationem Correspondientem 3938. Quelibet olimpiada Constavat 4.or annis huius ê spatium quinque annorum. Decades ê spatium decem annorum. Seculum Centum annorum. Qui autem plura designabit videat Petavium de ratione temporum.

QVAESTIO XXXXIV

Quid sit Diplomatica et an sit Vtilis n solum philosophis sed etiam Theologis

Diplomatica, ut ait Maximinus tractatu de re diplomatica, et Honoratus à Sta Maria in suis criticis animadversionibus, et tavolarum temporum facultas. Plurimum convenit cum numismatica, quæ è monetarum imaginum et inscriptionum ars. Per diplomaticam facultatem temporum Reportorum facile cognoscuntur temporaque quæ tabulæ decernuntur à falsis unde exitus dubium: an huius facultatis notitia prosit non solum philosophis, verum et theologiis.

Circa quod diximus diplomaticam esse utilem non solum philosophis, sed et theologiis. Pr. 1a pars: illud è utile philosopho, quod confert fini philosophiæ adsequendi; sed diplomatica ita è: ergo &ca. Pbr mior: temporum cognitio in particulari convenit amatori veritatis, sed philosophus professione havet amorem veritatis: ergo &ca. Confirmatur primo: historia philosophica, seu tempus in quo philosophi floruerunt prodest philosophis; sed per temporum tabulas hoc facile scitur: ergo &ca. Maior constat, quia ut philosophus faciat perfecta phisica ignorare non devet tempus, et circunstantias in quibus opiniones prodierunt. Denique diplomatica è mensura temporum unde, et illa facultas, quæ de tempore agit utilis è.

Ptur quod ad secundam partem: theologia prodest noti-
tia historiae ecclesiasticae, sed Diplomatica plurimum
confert ad illam notitiam acquirendam: ergo &c. Maior
est certa. Ptur minor: per tabulas temporum regulantur,
computationes resolvuntur, dubitationes circa eventio his-
toriae &c. Confirmatur: Cronologica est utilis theo-
logis: ergo et Diplomatica. Consequentia patet, quia ex
diversitate temporum plura variantur, et iuxta illorum
dispositiones debent et iura concordari, unde illa facul-
tas, quae circa tempora versatur non est ut inutilis reiicienda.



DICERTATIO 1ª

Appendix, originem, amplitudinem, et finem Mathematicæ exponens

Matematica est Scientia agens de quantitate, ut mensurabili, et numerabili. dividitur in puram, et non puram. Prima est quæ Considerat quantitatem absque afectione aliqua Sensibili, sic sunt arithmetica, et Geometria, quia prima agit de numero et non Curat, an quod numerus sit collecte, vel terrestre. Secunda triangula [illegible] Considerat præcindendo ab hoc, quod sit [illegible] vel [illegible]. Non pura est quæ quantitatem Considerat sub aliqua afectione Sencivili sic musica agit de quantitate Sonora, optica de quantitate visivili.

Tales sunt primo Geometria, quæ agit de extensione linearum mensurabili; proportiones inquirit fundamenta iacet super qua omnis matematica insurgit. — Aritmetica de numeris tractat suas contemplabit propietates, et cum illis exercet indefectiviles operationes. Algebra, quæ per ocultas semitas veritatem quærit. Trigonometria triangulos re-

solveri. Logarithmica agens de inventione Logarit
morum, seu numerorum artificum. Musica cuius obiectum
e quantitas sonora exponit sistema musicum,
quaerit Consonantias, disponit organa, et allia instru
menta. Mechanica Machinis artificiosis mirabiliter
adiuvat potentias, ut supra regulares vires posit
oblata percipere. Statica quaerit de gravitate Cor
porum de proportione motuum, et ab hac pendet Ba
listica, et ars tormentaria. Hidrosmatica quaerens
aquarum motu lavoran fontes artificiales inquirit
Friabilis ē nix, quia globulis constat, qui facile separant. Atque innotat, quoniam multo turget aer, et quinquies, aut sexies levior ē aqua, si quidem liquata nix restringitur ad 5.^m vel sextam partem prioris altitudinis. Nix in loco sublimiori, quam pluvia generatur, nam excelsorum montium juga nube perpetua obducuntur, quæ nulla pluvia exolvitur = Pruina ē ros multo frigore, et siccitate congelatus, non tamen ita, ut ros in maiores globulos tumet, sed potius veluti salis crusta in folia expanditur. Floribus exitialis ē, quia spiritibus nitralibus adurit: nam item oleribus, quæ quia crudo humore abundant teneriora reddit. Quæ aut omnino filamenta instar telæ araneæ volitant, et capillitium ventris apellantur nihil videntur esse præter pruinæ nebularumque reliquias calore solis exicata[?] &.

Grandinem ex nive fieri indicat eius nucleus opacus, et albus qualis ē nix. Dum nubes iam facta ē nive altior ē, et ningere incipit, desidentes globuli liquantur primum ex parte, ac invicem coeunt; qui ubi frigidior aer excipit concrescunt in glaciem rotundam illam quidem, quia scilicet à vento contorquentur in girum, atque ita alias, et alias glaciei crustas induunt. Hinc maiores sunt grandines, quo altior ē nubes,

et vehementior ventus; hoc enim pacto dubiis vehemen lux in aere, pluresque sibi in terra possunt crustas inducere. **E**t hinc sequitur, quod grando precipiti motu deorsum ruens, ingentes adeo vires acquirat, ut obvia corpora frangere, animalia interimere &c.a Mirum tamen illud est, quod ut nix fecundet grando e contra sterilitatem inducit. Neque est, quod unice id reiicatur in impetum, quo cadit, et quasi lapidatione segetes, ac fructus exterit. Verum est multo, quod deinde contegit, fructus, nempe, ac frondium ariditas ac tabes. Fortale, quia grando sale multiplici abundat, eo quae aeri ac modum, quia arbores, ac fruges penetrat, acque adurit; cuius ratio est, quod grandinem saepe siccitas magna praecedit. **D**issimus 5.o congelationem, et glaciem non habere vi rarefactionis proprio sensu acceptae nec solam frigiditatem ad id sufficere, sed siccitatem etiam requiri quae potissimum ex nitrosis particulis oritur. P. 1.a pars in glacie deprehenditur notabili aeris admixtio ex quo infertur non rare fieri, sed dilatari. P. 2.a pars: aquae nivi admota frigescit saepe usque, usque ad summum, nec tamen concrescit, nisi sole nix imvehatur: ergo sola frigiditas &c. Secundo nix

et gela aqua ebria, etiā frigidissima solvantur, quod nō contingeret, si uni frigori glaciatio deberetur. = Plur 3.a part: experientia docet, quod hibernē noctes licet asperē ac frigidissimē, nec lutum, nec aqua concrescit nisi stante Borea, vento scilicet sicco, qui multū nitri secum vehit ex nibibus montiū susceptū: ergo id ea sal ad generandum ad congelationē nō esse necessarium alliquod corpus, quod aquē undique ingrediatur, id quo illi praestet, quod lacti coagulum. Porro congelationē nō fieri ingressu corporis coagulantis, inde ostenditur, quia glacies semper deberet mole, et pondere crescere, si corpus coagulans gravius ē aqua, quē admodū cetera terrestria corpora sunt aliquē graviora, ut vero scribit. Cartesius libro 1.o cap. 1.o numero 84.o oleū gelū coagulatū, ut olivarū, raparū, anisi, quin omnia oleaginea crassiuscula, et adiposa nō tantū spatiū exigere, quē si liquidarentur; quod institores, qui mensura illa dividunt sciunt, unde hieme cum suo damno se illa vendere inquiunt: ubi econtrario aqua frigore condensata majus requirit spatiū. Quia nimirū aeris partes aquē immixentur, ac oleo autē exprimuntur: unde aqua congelata supra alliā vehitur, oleum vero congelatū in fundum prolabitur. Sed monet autē tam

datus Autor, quod oleum elevatum tenore frigore etiam congelatur; ei vero a foederis plumbum liquefactum, etiam frigus satis intensum non ponderavit, forte, quia plus humidi deponunt plumbi particulae, vel porus obstruunt, quam, ut sufficiens nitri copia perficiendae congelationi necessaria penetrare oleum possit. Vt obiter etiam quod pie de mele, manna, et sacaro dicamus. Plinius libro undecimo Cap. 12° docuit, mel esse sudorem Coeli, sive salivam, sive purgantis se aeris succum. sed haec ridicula sunt nisi metaforice dicta intelligantur. Porro probabilitas est, mel gigni in floribus superficie ex portione rosae, et ex alitu ab interiore florum substantia expirato. succus autem quidam est viscidus, sed pertenuis, qui etiam calore partim solis, partim plantae proprio concoquitur in mel, et ab apibus deinde sugitur. Praecipua tamen melis substantia ipsis plantis debetur accepta; ut suadet melis proprietas, quod prout est genista aliave collectum fuerit, praefert odorem suavem, aut in suave, saporem dulcem, aut amarum. Credibile est etiam quidquid liquoris ab apibus ex floribus colligitur, a proboscidula exugit, transmitti in stomachum et parte eius in alimentum absolvit vertique in mel conversa, reliquum perinde

Manna vero est humor ex intimis arborum: quaedam est meli species, quod ex variis arborum generibus colligitur. Manna vero est humor ex intimis arborum foliis exudatus, et in ipsa arum superficiee coherent atque concretus. Ecce vero ipsum alterius naturae a melle id arguit, quod mel augeat vilem, et manna purget eam. Saccarum eadem ratione estimatur. Species videtur salis dulcis, unde, et perinde condit servatque a putredine, ut sal ex arundinibus quae colligitur. Postremo autem de prodigiosis pluviis dicendum est. Avisena scrivit vitelum alliquando pluisse. Plinius pluisse tradit lateribus cocti et ferro, Nere forus pluisse Constantinopoli cineres. Lac similiter, et sanguinem pluisse frequenter legitur. Item ranas, et mures. Denique lanam, et frumentum. Verum, quae plurima ex his fabulosa sunt, ut cum dicitur vitulum pluisse. Carnes quoque pluisse quis credat. Fortasse etiam vento, aut turbine validissimo in aerem rapti fuere lapides. Et inde in plubie forma delapsi sunt. De ranarum pluvia arbitramus id admitti non posse nisi dicas easdem genitas in terra fuisse.



QVÆSTIO Xª

De fluxu, et refluxu maris.

Mirabiles elationes maris, sed inter omnes illustrior
est maris reciprocatio, qui vulgo fluxus, et refluxus
maris dicitur, et quae motus ille, quo mare diebus singu
lis modo ad litus accedit, ibique intumescit, modo ab illo
recedit, ideoque deprimitur. Circa reciprocationem maris
tum illud inprimis certum est, eam ita a Luna depen
dere, ut visus sit alliquibus illa esse causa eius mari
ni. Gazendus enim ait: si unaquaque nocte, qua Luna est
in meridiano, quaque a fluxus est maximus observa
bis die sequente non eadem hora a fluxum esse, sed una
prope hora, seu quatuor horae quintis tardius, quia
ad modum Luna ob motum suum versus ortum, meridia
num tardius una prope hora, seu quintis horae qua
tuor attinget.

Et quamvis refluxus non sit eadem tem
par ubique, nam ad litus Anquintanicum mare
septenis horis subit, quinis refugit; ad canaden
se ex opposito quinis accedit, septenis recedit;

" qui mensis assurgit quaternis, refluit octonis".
" Deinde si attenderis ad qualem facies Lunae, si
" ve ad quadrantes totius decursus menstrui articu
" lus, videris, aestus, seu fluxus, et refluxus maximos
" omnium in novilunniis, at plenilunniis minimos omnium
" in quadraturis.

Omnes fatentur mare caspium, et Euxenum, totumque reliquum Mediterraneum ad Europae litora non aestuare, vel saltem non ita, ut afluxus, et refluxus sit sencivilis. Pontus Euxinus, teste Plinio semper meat in Propontidem. Extra Mediterraneum, Europae litora nullum havent aestum sencivilem maris Scythici, et valtici; sicuti neque litora Afrisae, quae circa Canchrici tropus Athlantico Oceano aluuntur. In Acia versus semptemtrionem ignoti sunt aestus, sicuti etiam in litoribus vorealibus Americae semptentrionalis. Ad insulas Martinicam, et Cubam vix unum pedem mare attollitur.

In Oceano remoto alitoribus sub vona torrida, nullus allius motus deprehenditur, quam ille, quo ab oriente in occidentem fertur. Similiter in fretis, quae directe extenduntur ab oriente in occidentem, et quibus Oceani partes coniunguntur, ut fretum Magalanicum,

Manilense, atque alia inter indicas insulas mare quidem intumescit, et detumescit duodecim horis, sed mare in detumescentia non refluit ex freto ab occidente in orientem, sed defluit per alterum freti orificium in Occidentem, quod manifestum est indicium hanc intumescentiam non esse peculiarem motum, sed generalis illius motus modificationem, neque mare refluere in orientem.

His suppositis circa aestum maris plures sunt opiniones. Galileus opinabatur reciprocum maris aestum ex anno diurnoque telluris motu provenire. Considerari namque maris aquam in alveo suo, tamquam in vase, continenti motum quo tellus diurnum circa axem suum modo conspirare cum motu eiusdem in magno orbe, modo illi oppositum, sensit, hic retardatio futurum, utaque ipsa modo ad unum seu alvei latus urgeatur, alterumque prope illud fiat modo ab illo repellatur in eoque veluti detumescat. Atque opinio innititur falso supposito, hipotesi scilicet mundi Copernicani. Secundo non explicat, cur maris aestus motibus Lunae, eiusque affectibus respondeat.

Tertio si haec esset causa aestus maris non tantum omnia maria, verum et omnes lacus, omniaque stagna huic motui essent obnoxia. Omnis quippe aqua in suo alveo,

veluti in vase sive situla continentur. Quare, etiam nunc aqua fluere debet occasum versus, dum diurnus telluris motus simul cum annuo conspirat. Contra hoc autem stat experientia: unde falsum est ex conspiratione, oppositione motus diurni, et annui telluris reciprocum maris aestum provenire.

Cartesius reciprocum maris aestum deduxit ex pressione, cui mare subiicitur, dum Luna per meridianum transit. Cum enim Luna minuat, mole sui aeris spatium illud, per quod terrea substantia indesinenter fluit, eam hinc cogit celerius moveri, atque hinc validius premere maris aquam, quae directe incurrit, quo fit, ut tenderet ad opposita litora aqua ipsa cogatur. Haec opinio licet satis ingenio se coniungat maris aestum cum motu Lunae fatendum tamen est eam veritati minime respondere.

Omisso etenim hac in opinione telluris motum velluti certum assumit, concipi nequit, quomodo liquida substantia vorticis inter angustiores illius partes celerius incurrens, premat, adeo substantiam in punctis 6.o et 8, ut in punctis 5, et 7 intumescat, quin eandem ipsam pressionem sentiat aliqua item liquida eidem Lunae subiecta; ac proinde, quin etiam barometri mercurius altius in fistula hanc ob-

Causa impelatur. Demum hac etiam in hipothesi explicandum superest, cur non omnia maria fluxui, ac que refluxui obnoxia sint, quam vis perinde ad reliqua, in quibus etiam est sencivilis subjiciantur Lunae, et a selerius recurrente verticis substantia fortius Comprimantur. Neuton quiri putat reciproca Maris motus ex caunibertativi qua Corpora quaeque, ut ille opinatur, atrahunt se mutuo. Hac enim fit, ut intumescere debeat mare non ea tantum in parte, quae Lunae subiecta est, verum etiam in ea, quae Lunae directe opponitur; ac que hinc ut fluat et refluat. Sed nec haec opinio placet 1.º namque, quia in ea Causa phisica non assignatur; sed potius ad qualitates ocultas referri videtur, nempe ad actrationem, quae ab ipso Neutono respuitur. Secundo: quia hac etiam in hipothesi explicandum est, cur non omnia maria, lacus, et extagna sencivilitur intumescant, dum Luna illis imminet ac perpendiculum, detumescant, non aeris a vertice ipsa recedit. 3.º si opinio esset certa altius surgeret mare sub zona torrida, quam versus polos, quod nempe aquis sub zona torrida existentibus Luna directe incumbat, oblique vero iis, quae sunt prope polos experientia autem est contra hoc, nam in insula Divi Thomae apelata, et sub aequatore ipso Constituta — — — vix ad quatuor pedes aquae

arurgunt, et in Belgicis horis ad octodecim usque elevantur in terra quæ Angliæ usque ad sexaginta.

Allii sustinent æstum maris oriri vi fluminum in Atlanticum mare prorumpentium; sed hæc sententia in recta est, adeoque explicari non potest quomodo maris aqua decrescat, et si flumina continuo perenni motu eamdem semper copiam aquæ in illud deferant; tantumque abest, ut æstum maris ab illa vertium fluminum aqua efficiat ut ignosentia flumina plerumque ab afluxu maris prohibeant ne in mare se exonerent. Omittimus denique ridendam stoicorum opinionem, qui cum tellurem esse magnum animal dicerent ab ipsius anelitu æstum maris oriri confingebant.

In tanta opinionum varietate, quid dicemus arbitramur, quippe nulli ad huc mortalium exploratum esse causam marini æstus; quid elegant scribit Lucanus
:::::: Am sidere mota secundo
Tethios unda vagæ lunaribus æstuat oris
Flammiger am Titam, ut alentes hauriat undas
Erigat Oceanum fluctusque ad sidera tollat
Quærite, quos agitat mundi labor. At mihi semper
Tuque cumque moves tam crebros causa meatus
Vt superi voluere late.

QVÆSTIO XIa

De salcedine maris.

Empedocles reputabat salcedinem maris à sudore telluris provenire. Plinius esse arbitrabatur à solaribus radiis, puriore, leviorique parte abstrahentibus aquæ. At longe melius Recentiores ex dissolutis salis fodinis, quæ in maris alveo reperiuntur, salcedinem maris esse docuit. Ab hac opinione non plurimum distat Aristoteles: Cum maris salcedinem à cica terrestri exalatione aquæ immistare petit. Dicimus itaque maris salcedinem non venire à salinis particulis, quæ illi immiscentur.

Probatur: experientia constat ex aqua maris maximam copiam veri salis educi. Sic enim in Luneburgensibus fodinis, ubi fovea prope maris littora fuerit excavata, hæc repletur aqua maris per terræ poros sensim pervadente, at velluti exudante, et in intima illius parte, sive foveæ fundo. tenues salis particulæ simul crescunt. Sic ubi mare ab alliquo littore resserit maxima salis copia in illo relinquit, ut circa Angliæ littora refert Varenius. Nec salcedo maris repetenda est à solis ardore, hinc aliquin enim fontes omnes salci esse deberent, qui ipsi quoque solaribus radiis sunt expositi.

Rursus unum mare non esset alio salsius, nec aqua Oceani esset salsior in fundo, quam in super facie; quorum utrumque adversatur experientiæ. Idcirco aqua salsior subsidet dulci, aut minus salsæ; quare plurimum fallitur Scaliger, qui aquam in mari fundo dulcem esse dicit. Maximam autem salis copiam in maris alveo repositam arbitramur, ut in variis terræ partibus accidit. Cum itaque celeri, perturbatoque motu maris hæc salis congeries dissolvatur hinc salsedo maris oritur, et quod sali dissipatur ex mineralibus continuo restaurari probabile est.

Dices: sal non nisi adustione trahitur: ergo salsedo maris a calore solis. Resp. adustionem quidem necessariam quandoque esse ut ex compactioribus corporibus sal extrahatur. Sed non probatur exinde vi caloris salem generari. Fatemur etiam aquam vi motus, et caloris dissolvere sales ipsos, easque in minutas velluti particulas concidere; unde reddi etiam poterit ratio; cur sub zona torrida Oceanus sit salsior, tum, quod fortior ibi solis actio majorem attollat in vapores aquæ copiam.

Dubitabis unde proveniat amarulentia aquarum maris. Resp. quod oritur a plurimo bitumine, quod ibi admixtum est: sicque nautæ in mari, quod vulgo marmora vocitant bituminis fila

in ex quire modu contrta observarunt. Iti etiā pinguedo aquarum maris similia. Dubitabis denique, quare mare inferat nauseam navigantibus. Respr. potius causa nauseæ n̄ sunt expiritus salini, et bituminosi, sed agitatio, ac fluctuatio undarum. Sicque, dum navigium remis impellitur atque ita movetur, ut ad singulos remorum ictus cursus motus incoet; hinc fit, ut si fiala aquæ semiplena sit in navi, aqua ad os fialæ fluat, refluatque. Idem accidet in humoribus ventriculo inclusis; regurgitant enim ad os, et quia eorum multi viciosi, ac mordaces exasperant estomachum, et nauseare cogunt.

Este parrafo debia estar antes do otro que comiera Alli sustinent in mediato e seis versos que están antes de esta quæstion: Alli dicerunt Lunam exercere dominium in hæc inferiora, præcertim in corpora humida unde valet aguas alolere; sed nec hæc opinio tenet, quia n̄ assignant rationem cur Luna vim suæ dominatricis in flumina omnia, in lacus omnes n̄ exercē. Si dicant oriri ex defectu spirituum, iis ad occulta confugiendum causam. Lacis etiam plurimis spiritus abundant, nec tamen æstus patiuntur especialem autem esfingere in mari spiritibus divinarem ē n̄ philosophari.

QVÆSTIO XII.ª

De origine fontiũ.

Circa originẽ fontiũ variè discurrunt Philosophi peripatetici, quibus adhærent Cartesiani ab ipso mari repetunt originẽ fontiũ, et fluminũ, qualenus aquæ maris per universũ penè tellurẽ difundantur, aquæ salcedine deposita fontes, et flumina constituant; quamvis tamẽ accedit etiã pluvialibus aquis, et soluti nubibus accibit deveat: quem admodũ, et fontes aliqui, possunt ab iisdem fieri. Hinc de mari asevat Homerus.

Ex quo omnes pariter fluvii, maria omnẽ manan

Ex quo omnes fontes, omnes puteique profundit.

Resentiunt alii, et precipuè N. P. Fortunatus ex soli aquis pluvialibus, solutisque nibibus fontes omnes, et flumina oriri arbitrantur Haleyus ex vaporibus ipsius circa montiũ latera desidentibus. Cũ Peripateticis, et Cartesianis resolvimus. Et probamus nostrã D.ⁿ P. ex sacra

Scriptura, nam Ecclesiastes Cap. 1.o versu 7 inquit: omnia
flumina intrant mare, et mare non redundat: ad locum "
" unde exeunt flumina revertuntur, ut iterum fluant. "
" Quae authoritas ad literam intelligitur communiter a San
cti Patribus. Item: ex Genesi Cap. 2.o versu 5.o, et 6.o non
enim pluerat Dominus super terram: sed fons ascende "
" bat e terra irrigans universam superficiem terrae: ergo sunt "
" fons, quam pluvia.

Ratione et experientia probatur
nostra 2.a: multi sunt fontes in altissimis montibus
ut Seniciolacus, qui nullus est pluviarum confluxus
quoniam nullus extat locus circa illum altius assurgens
Alii fontes nascuntur e rupibus, quas pluviae penetra
re non possunt tales inveniuntur in Peruvia. Certe apud
Iberenias extat fluvius cum fonte qui cum decies exaru
in pluribus per novem annos fontes omnes exaruissent
in maxima siccitate perennis fuit. Sed illud praecipue
teris vim habet quod in montibus fontes in montanis
Sebreti, et in Conachia Hiberniae Regione in montis
excelsi vertice, qui exaestuant perinde ut mare, Similes
fontes, et aquae in Galliis experientur.

In nostra etiam
Francia lacus est quem Unionem dicunt, hic vero

superficiem habet quinfentas salis ex aspectu ma=
ri altius, et ipse quoque, ut mare siprocat, estu,
quo illius ad quatuor pedes altitudinem accendit.
Dominus Dolard testatur, se calce in ipso litore
vidisse puteos decem pedibus profundos, cuius aqua
optima est: cum tamen in ea regione aquæ dulces, et
salubres desiderentur. In magnis æstibus mare fluc
tibus suis usque ad orificium putei atollit, tunc aqua
putei duobus circiter pedibus atollitur, adeo ut vi
deatur aqua ex mari ipso per angustiores arenæ
meatus se insinuare, et illic aculeos in angus
tii deponere.

Pluviis, et nives ingendis fontibus, et
fluminibus plurimorum conferunt. Concedimus etiam,
quosdam posse reperiri fontes, qui à sola pluviali
aqua nivibusque solutis efficiantur, ad pluviales
aquæ nivesque solutæ omnes fontes et flumina efficere
non possunt. Ut enim observavit Dominus de la Hire,
aquæ illæ non penetrant terræ, nisi ad sexdecim uncia
rum profunditatem. Una illarum aquarum pars torrentes
efficit, et maxima pars in vapores abit. Sanè duo
pedes et unciæ novem aquæ pluviales unius anni spatio
in vapores abeunt, quod autem anni tempestas nec nimis pluvio
sa, nec nimis serena, vix decem et novem unciæ aquæ deducere decidere
re dicuntur

Aqua veró pluviâ vix plantarum nutritioni sufficit.
Duo folia ficus magnitudinis mediocris diurno soli
calore vigente, à terra extrahunt duos aquæ grossos
spatio horarum quinque cum dimidia. Dominus enim Ha-
les hic in vitrea ampulla libræ unæ aquæ posuit,
tum in ea aquæ immersit extremitates caulis duorum
foliorum ficus, quæ mediocris erant magnitudinis. Oclu-
sit autem charta diligenter ampullæ, adeo ut evaporare
non posset aqua nisi transverse ad ipsa folia. Ampul-
lam soli exposuit plurimum vigenti calore suo cum
et non nihil venti expiraret, atque post horas quinque
cum dimidia animadvertit pondus aquæ imminutum esse
duobus grossis: sic refertur in memoriis academiæ regiæ
anno 1713. inde veró licet colligere, plantam ipsius ficus
uno die maximam aquæ copiam attrahere: ergo &c.

ARGVTA SOLTVR

Arg.r 1.o incredibile est maris aquas ad ingentes
adeo distantias effundi posse. Cum præsertim telluris subs-
tantia crassa, gravis, et ineptis aquæ motui resistere debeat,
eamque impetus sensim minuere, ac extinguere de-
beat. Quid, quod in ipsis etiam maris litoribus plerumque.

putei esodiuntur, qui dulcibus aquis ex proximo colle difluentibus, non salsis maris aquis repleti mani festissime deprehenduntur.. Accedit etiam si aquæ maris difundi concideretur, quo tamen impetu hanc maris aquæ in montium radicibus collectæ ad ipsa montium latera, vel culmina accendere possunt?

R^{sp.}

quod aquæ maris difunduntur et elevantur usque ad cacumina montium, quia figura terræ esset sferica, unde aquæ maris quacumque in parte expettentur, veluti terrestri globo videntur incumbere: et cum ex globi figura non veluti quadratum, et triangulare angulum, sed ad circuli modum conformenta aquæ maris, quæ maxime tegunt terræ superficiem, ideo circo havet aqua maris unde nati impetu difundi possit per telluris rimas, atque ad montium etiam pervenire cacumina et si respectu nostrum videantur montes altiores esse, respectu tamen altius sunt maris sabulo. Quod vero putei prope mare sint dulces vel provenit ex filtratione aquæ; vel quia aquæ illæ ex altera maris parte effluxere, et ab aliquo proximo colle immediate profluunt.

Contra ex data responsione explicari nullatenus potest quomodo aquæ fontium revertantur ad mare: deverent enim terram accen

dere. Secundo si aquæ maris ex sferica figura ex tenderentur tota terra enundarent; deberent enim di fluere, nam tellari superiores essent. 3º ex sferica figura Occeani oritur ex deceptione sensuum. 4º navel... reliquis partibus non perveniunt velocius ad terram, quam ab ea excedunt; quod certe cum ex sferica figura maris non con...ruit: ... non tenet sensionis.

Ad primum respondeo facile esse explicare, si concideremus terram esse sferica... ...quod ... aqua ex terra difluat; nam semper in illa quandam aqua ex terra difluat; nam semper in illa movetur. Itaque provavile est, aquas aut ex una parte maris exfluere, et per alteram in illud reddire, ...quod globi terraquei figuræ observantur; ... potius ex omnibus difluere maris partibus, et ex omnibus per canales diversos revertit. Ad 2m procedit ex falsa imaginatione; non enim nos elevatam aquam ex ... dicimus in cumulum ipsius maris ..., sed eamdem ita difundi, ut ... globi sequatur figuram,

"ipse enim Deus conclusit litoribus velut ostiima

"ra illa quibus præcepit dicens: usque huc venies, et non pro

"cedes amplius.

Ad 3m cum aquæ maris maximam ocupent terraquei globi superficiem, inde est...

apparet n̂ contingeret navibus sensimq recedentibus, seu ad littora accedentibus prius turrium summitates intuentur, quippe ex ipsa figura globi terraquei fit. Ad 1m. tantum ē maris silentio, et terraquei globi superficies ut fere insensibilis reddatur aqua sphaerica illius configuratio. id enim saepe etiam certis vi contingit, ut si debita sit elevationis cum distantia proportio ille qui ambulat, se ascen dere n̂ animadvertat, sed sensim ab obliter. Si quis sic per globum terrae iter ageret recte, numquam globi hanc obliquitatem perciperet, ut exigente sensu determinatione.

Arg.r 2°: fontes eodem tempore, quo mare fluant, n̂ communicant cum ipso: ergo &. Ant. patet ex Renault dicente, quod puteus erat n̂ longe a Brest, in qua aqua deprimit dum mare illi propinquum elevatur: crescit et dum mare deprimitur. Resp.r ex eodem Renault: fundum putei comparatum semper esse ad livellum cum quolibet superiori statu maris; et ideo putei aqua per subterraneos canales fluere potest et descendere donec mare post depressionem iterum ascendat supra putei livellum propter fluxum maris

cũ illo alotitu,

Quando autẽ mare post alturam
plẽ decendi verius livelũ putei, aqua maris quæ
intra terræ partes filtrata sales suos deposuit, sa
secure adhuc in puteũ cadit, aut in ipsũ alliã quæ
impellit; indeq fit aquã putei crescere etiã dum
mare decendit. Demũ aqua intra terræ partes filtra
ta nõ amplius urget putei aquã, et ideo hæc rursus decrescit
donec mare post depressionẽ etiã ad livelũ redeat. Cũ
puteo. ita aqua putei decendit, dũ mare accendit; cre
cit autẽ dũ mare decrescit. Similes puteos stare in Hi
spania, præsertim in Betica compertũ est.

Arg.[m] 3:

Si fontes et flumina a mari oriuntur cũ aquæ nõ dul
ces, sed salsæ et amarulente deberent esse. Quia filtratio
nõ valet id efficere; deberent enim illius filtri pori lima
tamine, saliniq particuli ita obtusi, ut aditũ impe
...mine, saliniq particuli ita obtusi, ut aditũ in pe
mant. quod in fluminũ, puteorũ, et stagnorũ alveis et
nonnũ et alr fieri conspicimus. Deinde succedenti
quo relictas a prioris salinas particulas secũ ab
ripere deberent. Clarissimi etiã viri nullũ nõ moven
lapidẽ ut dulcẽ redderent filtratione aquã maris
nec tamẽ umquã ex voto res fecit.

Et quamvis voilet, et valii Nerum eg aquae maris dul
cedinis aparte concecerint, quae vulsui similis aqua vi
deatur; experito tamen deprehensum est exfecturum illos
in humano corpore ab illa produxit, qui a potu sal
sea aquae maris spatio brevissimi temporis occisi so
lent. = Resp. quod filtratione et distillatione ait D.
Renault aquae maris sales deponere, quoniam salinae
partes, et potissimum quae aquae crassiores sunt, nec confi
guratione sua se accomodant meatibus terrae et
sabuli nequeunt pertransire, unde ait P. Pasei quod
ut maris aqua igni exposita evulsit exiguas illas bu
bulas, quae in cacavi operculo colliguntur, salsae
insipido vacui subsidente dulces sunt.

Distillatio etiam
ope caloris facta, sales ab aqua maris separantur nam
caloris, in terrae visceribus subterranei ignes efficiunt, nec
alate in arguto rationes quaepiam concludunt non enim
arbitramur, oportere nos vim naturae ex nostra arte metiri
quae illius enim quidem imitatrix est, sed longe ab eadem
vires deficit. Tot certe sunt, quae nulla arte perfici
potuerunt, et tamen certissime in naturalibus eveniunt;
unde et si aqua maris nulla arte posset dulcificare
non sequitur et &.a

Arg. 2º. Soli pluviales aquae absolutè nives abundè sufficiunt ad omnes fontes &c. Ant. patet ex illa ratione universali copia aquae, quae singulis diebus et annis a Sequana in mare defertur, apprehendi re deprehendenti hoc modo quod singulis annis 19 pollices aquae in pluvia decidant, eaque velocitate mediocri Sequana in mare elevatur ut singulis minutis secundis pedes excurrat, dicentur mille cubicos, pedes aquae in oceanum effundat 8369 8000000 cubicos pedes ex cedet, haec autem vix ad 10312000000 undique pedes pra veniant. similiter habemus aut quod quantitas aquae in vapores soluta 5280 milliones doliorum excedit, quae a fluminibus in mare non nisi 1827 milliones de feruntur.

Resp. non probari relata experimenta omni ex parte certa fuisse. Nisi enim certum quod quae pluviarum calentium in una parte eundem etiam accumuli lavi quam in altera dixisse potius per quandam fluminis partes omnes diligenter examinare. Tum vero ex uno patenti ore aquas in mare demittat. utrum voragi nes quasdam etiam ampliores in suo medio vel in alvii partibus contineat, et quibus penetrantes aquae per telluris rimas in mare ferantur. terra ista praeter to, quae alveum fluminis continet non similari pervia

ubi demonstratur praecertim nunc port lm superficialiter
cruitaeq. Unde hunc decurrens aquas ~ ~ ~
terram penetrat aliquando atq. profundius aliquando
paulisper subit.

Aeculiam anne miramur quidq
hallejam oculo, qui potuit vaporum copiam a Medi
terraneo mari ascendentium accurate in lucem eorumque
rare factione determinata et proportionata tentoni
termino illo constituto eos ad calculum aquae efficientis
determinare. Sed cur si non accentimur, nisi refertos res
intendant toto anni tempore aequaliter emittere me
diterraneum vaporum copiam. Denique ubi vero pluraltent
flumina navia etiam stat nivium et pluviarum copia
quamque a fluminibus plures semper attollantur
vapores.

※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※

QUAESTIO XIII.A

De montibus.

Montium origo ante diluvium aliqui negarunt
sed ex ipsa colluvie generaliter fuisse acerunt.

Dicimus montium originem non solis terrae motibus, hiati-
bus, aut aquis esse ascribendam; sed illos ante tempora
universalis diluvii conditos a Deo fuisse. Probatur ex sacra
scriptura nam psalmo 89 dicitur: priusquam montes fie-
" rent, aut firmaretur terra &c., et Genesis Cap. 7°:
" aquae diluvii praevaluerunt nimis super terram, operti sunt
" montes excelsi sub universo caelo. &c.ª

Probatur ex congruentia
non est veri simile tot secula ante diluvium tellurem sine
montibus stetisse, cum montes plurimum conferant tum ad or-
natum tum ad commoditatem viventium; coercent enim ven-
tos, et aquarum vim, et fluere aquas faciunt, quae supra
terrae superficiem omni ex parte aequaliter elevatam non
adeo fluere potuissent. Non negamus tamen, aquarum,
ad terremotuum vi aut parvos quosdam effectus fuisse co-
lles, aut colles etiam auctos, montesque firmatos, et dis-
jecti alii complanatique illorum vi fuerunt.

QVÆSTIO XIV.ª

De ignibus subterraneis

Inquirimus an in terrę visceribus plures ignes naturali
rei ipsa existant, an vero solo virtute ibi sint, qua-
tenus sales quoque ibi reperiantur, qui calorem conci-
pere et ignem causare possint. Dicimus in terrę visceribus
plurimos ignes reperiri. Pb. Calor multus qui ut
plurimum experientia patet in terrę visceribus reperitur
utique et ipsi patet: quia non est alia cognatura caloris
illius causa, quę si subterraneos ignes admittamus,
nam certe radii solis ad tantam profunditatem nequeant
penetrare, cum æstivo tempore glaciem solvere non va-
leant, ubi hęc in terra constituta fuerit ad profunditatem
sex pedum.

Experientia etiam constat plures montes ignivo-
mos reperiri sicuti est Ætna in Sicilia: in Campania
Vesuvius; Hecla in Islandia alius in Teneriffem et plu-
res in Indiis Occidentalibus vulgo de el mezo. Ignium subte-
rraneorum materia sunt sulphur, bitumen, nitre quæ partes
quarum ex maxima est copia in terrę visceribus. Montes
ignivomi non semper ignem emittunt ex eo quod eadem ter-
ra opprimi acceso materiæ usque dum ignis in terram fa-
ciat ut terra accendatur.

Obiicies non intelligi quomodo sit prope

ty alimentu huius ignis. Deinde tali igni sufocaretur :ig & u Resp. difficultas proposita a Carnu solvenda esse in vulcanis semper ardentibus, quem ad modum hi ut ardeant, perpetuus fomes ministratur, et sulfure, bitumine, ita pariter & alii dicendum. Ad sed quod n suffocatur hab. nam in cavitatibus terre aer continetur. Deinde tot enumerati montes ignivomi, quid aliud secendi sunt, quam flamme illius spiracula!

QVÆSTIO XVª

De terremotibus

Dicimus terremotus causa e ignis subterraneus, primus tamen confert ventus aqua, et terra ipsa. Pr. quisquam primus tamen confert ventus aqua, et terra ipsa. elasticam ignis dum repente in sulfurea nitrosa que materia accenditur atente consideraverit in proculdubio terre motus originem n alteri causam quam igni veri similius adscribi posse deprehendit; ac plane cooperte sit n aliud esse corpus quod maiorem vim elasticam haveat, quam ignis. Quare illa cercim rarerens, ut qua sibi omnem amplitudinem occupaverit, maius ad hac spatium

circumposita terræ latera sive superius, veluti turnicem urget impellit, ac super impositas regiones valido tremore concuti.

Horrenda terræmotus imago apparet in cuni culis militaribus, quas minas vocant. Ubi terræ enim sub ha subterranea veluti fovea servata fuerit, hæc pilio pulvere repleta, qui cum semel ignem conceperit breviter adeo rarefit, ut disruptis terræ lateribus dexeraque supe riori parte non quamvis leviter lectus, immensa vi furens erumpat super structas arces, ac universa ejaculetur ita ut in mille caliginis turres, et ædificia in aerem pro tundantur.

Ventus subterraneus ab aliqua causa com motus, et occlusus in cavernis terræ exitumque petens te rremotum poterit causare, sed non solum nam non havet tantam rarefactionem, ut nullatenus possit recludi, ut patet in follibus luxoriis. Similiter dicimus de aqua nam aqua havet vim corpora concutiendi, dum in ea in hingit, sed per se ipsa aqua hoc vi valet, sed tantum vi ignis sancit. Confert enim terra potest dum una illius parte lavente, aliæ quoque flexi so nus sæpe terræmotum commitatur.

QUÆSTIO XVI.ª

De metalis, lapidibus, et gemmis.

Metala sunt corpora dura liquavilia, et ductibilia, nam ignis vi fundantur, et malco in incude contusa in longum, et late protenduntur. Materia methalorum videtur oleum sulfureum, et terreum, nam ex sulfure vitriolo, et terra fere quolibet, arsile constatur. Diversa est methalorum gravitas nam per cuvicum stagni pondus havet librarum 532 ferri 536. eri 648 argenti 744. Plumbi 828 argenti vivi Auri 1368. id vero oritur eo maiori vel minori porum copia.

Lapides apelantur corpora mista et dura, quæ neque ductivilia sunt, nec aqua dissolvuntur, nec perse sunt liquavilia cum ex humido terreo per mixto generari putamus calore id aiuvante ex moti masa lapides fieri, et concrecere, et postea durari inde aparet, quia diversarum, et animalium, et hervarum partes intra illos sunt, et pluma ex petra ostendunt. Gemmæ ex succo defecatiore et operosius preparato ro halescunt. Christalus et aliæ gemmæ a proprio elibe generari prosavile est unde precipue

n fit ex glacie, nã efficitur etiã sub zona torrida, ubi nullũ ẽ gelu; excuti etiã ignẽ sac stillari per causa gravissima, quoque ẽ per quæ satis apparet ab omni glacie diversa.

QVÆSTIO XVIIª

De electricismo, et Magnetismo

Plura sunt quæ vim havet trahendi ad se alia corpora, sed præcipue id evenit in sub cino sive electro corpora autẽ fere omnia trahuntur dũ modo non sit nimis calida, nec in flammata, et exiguã molem haveat, quæ avi tenui dimoveri posse. Sed hæc elasti ca n ẽ certi corporis propria efectio, nec transit à corpore uno in alio, neque enim palea ex sub cino tacta electrica evadit. Oppositũ in magnete verificatur, nã havet atractivã virtutẽ quia ferrũ trahit, aut alliũ magnetẽ; sed hoc mutue.

Altera virtus ẽ virtus directiva qua magnes ipse dirigẽ se ad terrẽ poros. tertia virtus, qua magnes vim suã atractivã, et directivã ferro communicat. Peripatetici à forma

subtili, aut qualitē aliqua effectus utrumq̄ virtutem mag-
neticē, et electrice praestari dicunt. Neutoniani ā materia
quq dicunt habere ingentem attractiq vim, oriri astru-
unt. Cartesius e suo ambitu materiq primi sui elementi
striatam elavi, quq per rimulas subtiles oblongas
transiens, internas facultas constituit, et modico calore ā
frictione consita exclat; sed cū similes rimulas in aere
n̄ inveniat ad succinum reflexa redit. Complexus quas pa-
leam rapit.

Circa magnetem ait universam terram esse hu-
jus textura materiq celeri et equabili motu circa pro-
priū axem torqueri. Cū vero terminos illius sue textu-
partem in terra, quq inter globulos sedi elem. va-
cua relicuntur, replere debeant figuras per exarant
adquirunt, quq ex uno in alterum polum ā recedentibus
impulsae recta feruntur circa se ipsa circulari motu
torquentur, et per te universa de uno polo ad alium
regrediuntur. Cādem figura et dispositio in magnete
reperitur, proindeq̄ ad polum dirigitur.

Caveu docet
aliter et succino creator acquisitum aerem differre, qui
cū n̄ posit verum aerem loco dimovere omnino reperitur,
una cū aliis qā succino respiciunt texturā habentibus

levicula corpuscula. Gazendus ait fieri attractionem succini abiecti saltibus ita ut alius et sicano emittat externi aere frigore detrahantur, et in se pelle admixta una cum bituminosis corpusculis retrahantur. Ab hac opinione parum distat Pater Fabri.

Circa magnetem ait Gazendus, quod est eiusdem naturae cum terra, quam magnetem matrem appellat, quoniam protecta a terra trahit, subtilesque ipsius terrae communicantur magneti, magnesque communicat ferro per corpuscula effluvia. Alii placet magneti directionem repetere ab influxu stellae polaris. Hugenius statuit duos poros in magnete unum per quem magnetica perfluvia subeant, alium vero per quem eadem profluvia erumpant.

Impugnat Cartesii sententiam de vi electrica: unde enim humani corporis aer relictis aditibus facile locum cavens electricum dumtaxat subtiliorem quam flatus excludit? Cur primi elementi particulae tam repente motum suum amittunt, et in plana superficie gladii non dicimus adeunt, cum cum ea pereda revertantur. Mirum quoque est, quod aiunt Carti in aere non reperiri idoneos meatus gladium illi primi elementi excipiendi, qui tamen auctore Cartesio nulla penitus

propius Regionis habet omneque partes corporum possunt facimile pervenire cum in facie la conformantur non est approvanda haec Doctrina.

Impugnatur Cavens qui in principii ipsius requirebat, flammaque quae vi electrica donatus esse et ventus etiam apertioris calida in suflacione concitatum; nam haec multo suo aere produdant, quia graviore aeris amosfera repelli deberet Doctrina Gassendi impugnatur: nam si contractio alitum electricorum fieret externo frigore aeris, maior deberet esse vis electrica, quam sub sina gelido aeri expolitur, quod est contra experientiam.

Impugnatur Favrei sententia quae non perspecita adiutoribus electricis corporibus tot per multa effluvia, et pinguius alitum perinet, etenim ut scribit Dufai corpus electricum ut habeat vitri vim suam attibi alteri communicat etiam in maxima distantia dummodo haec distantia repleatur corpore aliquo continuo, ut est virga et funis. Immo ipse Dufai immo ipsi experti sunt eiusmodi distantiam pertinere usque ad 1256 pedes. Quis porro intelligere satis poterit ingens quod ea copia alitum evitro egressi et usque ad eo diffundi? Rursus recitur in sensibiliter illos alitum [illegible] quod nihil retrahit nec ab aere circumambite

impediri hoc fidem excedere videtur.

Aliæ opiniones facile refutantur vis electrica non explicatur per vim fluidi, quæ nulla est; maxime cum tot sint, et corpora trahentia, et corpora tracta. Qui qualitates adstruunt occultas, fatentur ubi que veras, et intimas causas ignorare. Nec meliores isti sunt qui vim attrahentem mariæ ingenitam proponunt, quæ non naturalis probare valent, nec explicare: nam vis electrica ignota est = Similiter Cartesius nequit demostrare existentiam axis, quæ suponit nam falso dixi telluræ moveri, et aerem non eodem modo obsequi motu telluris.

Opinio Gilbertii non provat polos in magnete quos dicit, nec rationem reddit cur duo magnetes, qui sibi mutuo polos ingerens overtunt, in partes oppositas recedant. Contra Sliverty, et Gazendum hec valent. Virtus directrix in magnete juxta ipsos a tellure derivata quod non provant, nam et sicut et sententia ipsorum sol est igneus, et calidus ignis partes non havet ipsas virtutes a sole; sed a se ipso vis similiter. Rursus: explidos superiores modus, quos fiat illa communicatio; quæ est illa determinata dispositio fibrarum; cuius modi sunt ea effluvia, et quo modo magnetem dirigat.

Qui dicunt quod ab stella polari aut ab aere vel ab insita magnetis afectione eam directionem repetunt nisi eum declarent efectus redditæ causæ consistant, atque in ipsorum opinione penitus latet ratio, cur magnes et ferrum dirigantur in certo cursura. Quomodo influxus stellæ polaris, aut aeris directio perturbari minime haventis possunt ab apolaribus quæ continuo mediant inter tellurem, et stellam polarem. Quo virem atrachtivam magnetis in carceri, atque enim quæ hypotecinalla ratio cur ferrum a magnete atractum delineatur nisi aeris pretio, quod est falsum non ferri directio fit absque magnete vi.


Contra Garzen

dum est, quod emitio corpusculorum absque calore non fit; sed magnes trahit ferrum etiam in summe frigore: ergo non virtute calore &a. Demum vis eiusmodi atachtiva non est a [illegible] calore, quæ haveret virtutem magneam non facile demonstratur, nec probatur satis per propriam, et intrinsecam atrahere virtute magnetis repugnat. Denique speculo conservatur magnetem sub argento consistens super quod positum erat ferrum atraxerit ipsum ferrum ita ut motum magnetis sequeretur immo vitri semper argento existente, quod explicare non valet per emitionem corpusculorum.

Opinio fabri re

ricitur "aricule magnetis ceguis per [illegible] vagare

efingit atque ubi alias similes acuculas nacti sunt experiendo mundi recipiunt e puerile figmentum illud intelligi non potest cur acus reducunter ferrum adducant ut enim ingrederetur prius in ferrum, illud non expulerunt cur idem retrahunt regredi? Praecipitum ergo recte feruntur et rigide prout fluenti marcantur recte dispositi. Quod vero est centrum illud, quod acicule gerunt, et si magnes non est magnes nisi quia locus praestat magnetii aciculi, quod enim si vaginam radii centrum amphiteas? Qui sunt poli in aciculi qua ratione ad se accedunt, quid sit incita illa vis qua se retrahunt, Quare ignotum unum per plurima aeque ignota exponitur. Unde dicimus vim electricam, et magnetem huc usque a Philosophis satis explicata non fuisse.



Sistat gradus calamus, sistat hic et non procedat am-
plius circa rerum phisicarum enucleationem. Conscrivat
hic intellectus noster fluctus fermentes secum, et inter se
opulos difficultum naturali sortę cedat senex, et pro-
prię fateatur invecillitatę. Ut autem clave aurea phi-
sicę auscultationę claudamus omnia in glori-
am sempiternę Deitati unius et trinę in te-
rrerrimum devotionis signum Immaculatę
Virginis Marię Laudem, et Honorem
Seraphici Doctoris Divi Bonaven-
turę Sanctique Ludovici de Al-
vertonia in cuius die XXXI
scilicet mensis Januari cu-
rrentis anni 1771
huic operi phisi-
cali finem po-
nimus, re-
dant a-
men:

COMPENDIUM QVAESTIONUM IN HOC LIBELLO CONTINENTUR.

25 Quid sit ignis et ex quibus mechanice inter
gatur? Rº. Ignis ē elementum cuius natura
exigit summum calorem, et corpus elementum quod
nubiatur, figuram piramidatam, qua dispo
natur ad operandum in tertium motum suarum
partium quo objecta corpora dissolvat acci
tate demum et pertinacium sua caliditate = pag. 99

26ª Quid sit aer, et ex quibus componatur? Rº
aer ē elementum grave et latum capax compre
ssionis, et dilatationis raritati, et densitati sum
me mobile, ac fluidum, et calidum; cuius par
ticulae ex spirali gaudent figura et non nihil ha
bet adhaesionis inter se et cum aliis corporibus pag. 102

27.ª Quid sit aqua, et ex quibus componatur
Rº. Aqua ē elementum cuius natura ē exigi
tiva summe frigiditati, nec non et humiditati pag. 107.

28.ª Quid sit terra, et ex quibus partibus constet? pag. 109

29.ª An necessarium sit recurrere ad mecanis
mum elementorum, ut illorum varia, et mira
phenomena recte percipiantur? Rº. Mecanis
mus

elementorum plurium constet, ut illorum phenomena
recte explicent non tamen ut sit causa principalis — pag.a 110

30.a An unum elementum possit in aliud converti saltem quod ad partes Rp. potest ex quolibet elemento aliud quodlibet immediate generari — — — p.a 110

31.a An sit possibilis vera conversio unius substantiae in aliam Rp. possibilis est vera conversio unius substantiae in aliam — — — — pag.a 112

32.a Utrum elementa maneant formaliter in mixto? Rp. elementa non maneant formaliter sed tantum virtualiter in mixto — — — — — pag.a 118

33.a Quid sit, et an detur in creatis infinitum. Rp. repugnat omne infinitum sive categorematicum sive syncategorematicum in creatis — — — pag.a 120

34.a De constitutione continui. Rp. compositio continui est arcanum naturae usque modo ignotum — — pag.a 122

35.a Quaenam sit causa motus projectorum. Rp. causam continuationis motus projectorum non esse aliam